
GOTHICUM GLOSSARIUM,

Quo pleraque ARGENTEI Codicis Vocabula explicantur, atque ex Linguis cognatis illuſtrantur.

Præmittuntur ei GOTHICUM, RUNICUM, ANGLO-SAXONICUM, *aliáque* *ALPHABETA.*

Operâ FRANCISCI JUNII F. F.



AMSTELÆDAMI,
Veneunt apud JANSSONIO-WAESBERGIOS. A° 1684.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
D. MAGNO GABRIELI DE LA GARDIE,

Comiti de Leckou & Arensburg,

DOMINO IN HABSAL, MAGNUSHOFF, & HOYENDORP,

S. REGIÆ MAJESTATIS REGNIQUE SUECIÆ SENATORI & CANCELLARIO,

WESTER-GOTHIÆ ac DALIÆ JUDICI PROVINCIALI, nec non ACADEMIÆ UPSALIENSIS

CANCELLARIO.



MAGNE Comes, Comitum Princeps, quo Principe tuta eſt,
Tutoremque ſuum SVEDIA jure colit;
MAGNE, cui meritum poſuit Prudentia nomen,
Et præſaga Fides, fataque docta Themis.
Omen adimpleſti nuſquam niſi MAGNVS, in armis
Auxilio Regum, conſilioque domi;
Hic Ducis exemplar ſpectabile, Judicis illic;
Virtutiſque foro par in utroque decus;

Commiſſique ſimul vacat a moderamine Regni,
  Non minor Aonidum gloria, duxque choro.
Inclyta Lugdunum quondam, nunc Vpſala teſtis,
  Vpſala præſidio quam bene freta Tuo!
Si poſt tot gravium feſſus molimina rerum
  Jam tamen indulges otia parca Tibi;
Si ſtudii Tibi dulcis amor, ſi gloria Gentis
  Tantillum, ac Pietas, demeruere moræ;
Accipe, quæ vigilata diu Tibi JVNIVS orſa
  Texuit, antiquæ Relligionis opus.
Accipe SVEDORVM matris primordia linguæ,
  [a] VVLFILA qua GOTTHOS ſacra docebat avos.
JVNIVS huic pietate æquus, præſtantior arte,
  GOTTHORVM ſobolem priſtina ſacra docet.
SVEDIA, felicem te prædico, Vindice tali,
  Grata, renaſcentes ſi veneraris avos.
Pro ſtupor! & memini, quot lucubrata lucernis
  Pagina, quàm longis ſolibus, iſta fuit!
Nil vigil intactum, nil pernox cura reliquit,
  Dum vix conſpicuas elicit arte notas.

Haud

[a] *Sozomenus Eccleſ. Hiſt. lib.* VI. *cap.* 36. *Sub Theodoſio Imp.* (*cui* Ουλφίλας) *& Jornandes Epiſcopus Ravennas* (*tempore Juſtiniani Imp.*) *de Getarum ſive Gothorum Origine cap.* LI. *vocant hunc eorum* Pontificem *&* Primatem, qui eis dicitur & literas inſtituiſſe. *B. Iſidorus Archiepiſc. Hiſpal. Æra* CCCCXV. Tunc GVLFILAS eorum Epiſcopus Gothicas literas condidit, & ſcripturas Novi ac Veteris Teſtamenti in eandem linguam convertit. *Walafridus Strabo, qui ſub Ludovico Pio ſcripſit de reb. Eccleſ.* Vt hiſtoriæ teſtantur, ſtudioſi illius gentis (*ſcil. Gotthorum*) divinos libros in ſuæ locutionis (*quam eandem cum Theotiſca facit*) proprietatem tranſtulerunt; quorum adhuc MONVMENTA apud nonnullos habentur; *haud dubie de hoc* ARGENTEO COD. *loquens; ut ex reliquis patet.*

Digitized by Google

Haud ſecus Hippolyto quam vitam [b] Epidauria fertur
Reſtituiſſe, diis invidioſa, manus;
Sic male disjunctos, ſic JUNIUS ordinat artus,
Inque ſuum redigit diſſona membra locum.
Depulſoque ſitu, plus [c] *Cimmeriiſque tenebris*,
Vindicat in claram dædala texta diem,
Nec tamen hic ſtat cura Viri; ne lubricus error
Deviet, irradians avia cæca, cavet.
Ignaris dux ipſe viam, perque obſita ſentis
Teſqua novum pandit, [d] Gnoſſidos inſtar, iter.
Cimbrorumque rogos [e], perque invia rudera luſtrat
Quicquid inacceſſa Scanzia rupe legit.
His Friſios, Celtaſque, Britannis Saxonas addit,
Quæque [f] ALRUNA illis vaticinatur anus.
Non ſe in tot vertat transformia corpora Proteus,
Quot populos linguas edocet ille ſuas.
O fortunatam te, SUEDIA, terque, quaterque,
Hunc modo Theſaurum ſi reverenter habes!
At tu ſucceſſu ſtudii gratare ſecundo,
Indefeſſe Senex! quam petis, acta prope eſt.
Blandius aſpirant Zephyri tua vota ferentes,
Forſitan & votis fertiliora tuis.

[b] *Æſculapius; Virgil. Æneid.* VII. *in fine & ibi Serv. Ovid.* VI. *Faſtor.* v. 743.
[c] *Juxta adagium, quod vide apud Eraſm. Tit. cæcutientia; qui id illuſtrat. ex Strabone & Lactantio: a Cimbris petitum, unde & hac alluſio.* [d] *Ariadnes, Ovid. Epiſt.* X. *& Metam.* VIII. 180. [e] *Inſcriptiones Runicas editas Hafniæ a Cl. V. Olao Wormio.* [f] *Ea vox Tacito reſtituenda cap.* 8. *de mor. Germ. pro* Aurinia; *ac Jornandi cap.* XXIV. *pro* Aliorumnas, *quas* magas mulieres patrio ſermone cognominatas *refert: a* ΚΗΝΑ, *(quod habet hoc Gloſſar. pag.* 284) *& A-S.* rune, *myſterium. Vide & Wormii Literatur. Run. cap.* III. *pag.* 16. *& ſeq.*

Jam tibi tranquillam ſe ſtravit Baltica Tethys:
    Jam ſubit Holmiacum ſalva carina ſinum.
Protinus appulſam MAGNVS ſolabitur Hoſpes,
    Officio, dubium, lætior, anne libro.
Forſan & oſtendet cupido nova munera Regi
    Miranti varias inſolitaſque notas.
Forſan & exſertis gaudens Rex comiter ulnis
    Indolis Auguſtæ pignora certa dabit.
Aurea cui voveo maturent ſtamina Parcæ,
    Quo ſe Rege, brevi, munera digna probet.
Interea Hoſpitium, nec lautia differet iſta,
    Qua magis hoſpitibus nulla benigna, manus.
Teque Palatinis pluteis dignabitur Ille,
    Quo propior Regi, Principe, nemo ſuo eſt.
Vtque Illum Muſæ ſemper fovêre, coluntque,
    Præſidio doctos non minus Ille fovet.
Neve tot impenſas noctesque dieſque labori,
    Neve tot expenſas præla querantur opes.
Neu detrimentum res ſentiat, Ille cavebit:
    Tu modo da, nitidis, da nova penſa typis.
Seu libet *Otfrido* [g] fœdos abſtergere nævos,
    Sive polire notas, quas *Tatianus* [h] habet.
Edere ni potior *Gloſſaria* [i] *Francica* cura eſt,
    Anglica [i] ſive prius, *Saxonicumve* [i] placet.

Hoc

[g] *Is Harmoniam Euangel. ad Lud. Pium Imp. ſcripſit rythmis Francicis, circa ann.* DCCCL. [h] *Hic alteram Græce, quæ circa idem tempus in ſermonem item Francicum ſive Theotiſcum verſa, ampliſſimiſque Notis ab Autore noſtro illuſtrata lucem, quam nondum vidit, expectat: uti & tria iſta* [i i i] *Gloſſaria ab eodem* MSS. *depromta, notiſque aucta; quorum tertium, Lexici ad inſtar concinnatum, a Rev. Doctiſſ. Politiſſimoque V.* Th. Mareſchallo *atque Authori mihique amiciſſimo, efflagitatur.*

Digitized by Google

Hoc ſibi depoſcat penſum MARESCHALLVS [k] & optet,
Quem dubito doctus ſit magis, anne pius.
Hic quam Saxonicis operam navavit amicam,
In reliquis tecum participare velit.
Quæ mea jam geſtit palam memorare Thalia,
Illa ſed ad præſens jam revocatur opus.
Hoc opus, hic quo ſe bellatrix SVEDIA jactet,
Quo venerabilior nullus in orbe, Liber.
Hæc de tot, GVSTAVE, ſacris Auguſta trophæis
Portio, nec titulis inficianda tuis,
Auſpicio haud potuit famæ meliore ſacrari,
Non Domino reddi dexteriore manu.
Salve ô eloquii memorabile pignus aviti,
Quodque Lycaonio Regna ſub axe colant!
Quo toties tremuit [l] Romana tonante Poteſtas.
Hæc domitrix rerum linguaque, genſque fuit.
SCANZIA [m] de valido ducens munimine nomen
Inſula Codano gurgite ſepta jacet.
Illa genus, genus acre virûm vacuæ intulit Arcto.
Hinc GOTHVS [n] exorti, nos quoque BELGA ſumus.
Belgius hinc, Brennuſque, [o] Sacri velut agmine Veris,
Europæ [p] atque Aſiæ maxima regna domant,

At

[k] *Cujus hic & notas habes in textum Anglo-Saxonicum.* [l] *Juxta Catonis illud*, verba plus quam gladium; & voces quam manum hoſtes territare & in fugam vertere. *Hinc Ovid.* v. *Triſt. El.* XII, 55. Omnia ſunt Getici plena timore ſoni: *& Alibi*, Nomina ſunt ipſo pæne tremenda ſono. *Vide inf.* [m] *a* Scans/ *Belg.* Schans/ *Grot. in Prolegom. ad Procop.* [n] *Jornand. de Get. c.* IV. *init.* [o] *Juſtinus idem referens eadem utitur phraſi l.* XXIV. *c.* V. *ubi vide Berneggeri notas.* [p] *Livius l.* 38. *c.* 16. *& ſequ. De quibus Val. Flaccus l.* VI. *init.* Verum ego nec numero memorem, nec nomine cunctos, Mille vel ora movens: neq; enim plaga gentibus

At GOTHVS in partes late diffusus Eoas
Innumeris illic gentibus autor erat.
Hi Scythicas primi Filimero [q] Rege pruinas,
Litoraque Euxini [r] perdomuere maris:
Sauromatisque procul tota ditione fugatis
Cum regno linguas imposuere suas.
Hic ubi nunc etiam, post tot fera sæcula, [s] restat
Gotthica [t] Barbaricis mixta loquela sonis.
Hic quoque *de Ponto* tua *Tristia*, *Naso*, canebas,
Naso Tomitani fama sinistra soli.
Qui Getico quod enim Vates sermone libellum
Scripseris, hoc Vatem sit puduisse pudor [v].
Quod modo si dederis utinam superesse volumen,
Non tua tanti, *Ovidi*, Tristia pœne forent.
Adde quod immeritis crimen feritatis [u] inûsti,
Sævitiæque [u] gravem, Barbariæque [u] notam.

Nil

ulla Ditior. *Unde apud Ovid.* III. *Trist. El.* IV, 48. *male scriptum puto* nomina pauca, *pro* rauca. *Vide Jornand. cap.* IV. *init.* [q] *Jornand. cap.* IV. *&* V. *in med. ubi* Filimer. (*i.e. valde Augustus a Belg.* veel *&* meer) in terra Ovim (ovin *Island. hostis*) multas gentes subjugasse fertur. *Ovid. Trist. l.* IV. *El.* VIII, 42. [r] *Lib.* IV. *Trist. El.* VIII, 42. Qua maris Euxini terra sinistra jacet. [s] *Walafridus Strabo loco supra citato*: Et fidelium patrum ex relatione didicimus apud quasdam Scytharum gentes, maxime Tomitanos, eadem locutione (*Gothica sive Teutonica*) Divina hactenus celebrari Officia. [t] *Ubi Nasonis tempore* Graja fuit Getico mista loquela sono. V. *Trist. El.* II. [v] *Lib.* IV *de Ponto El.* XV, 40. Ah pudet & Getico scripsi sermone libellum. [u] *Ipso lib.* V. *Trist. El.* VII, *v.* 46. vix sunt homines hoc nomine digni, Quamque lupi, sævæ plus feritatis habent. Non metuunt leges, *&c.* *Ibid. El.* XII. *v.* 55. Omnia Barbariæ loca sunt vocisq; ferinæ. *Et El.* X. *v.* 28. Barbara turba, *qui mox v.* 36. stolidi Getæ, *de Ponto* I. *El.* VIII, 2. sævi; *ut & lib.* IV. *El.* VIII, 50. *El.* VI, 12. diri *lib.* III. *El.* II. *&* XV, 40. *& El. ult.* 30. feri; *Alibi* infesti, *&* inhumani *sæpius dicuntur. Sed rectius* Marticolæ IV. *El.* XIV, 14. indomiti I, 8, 12. *vide infra.*

Digitized by Google

Nil de promerita cupiam decerpere lauru,
Dummodo pace tua vera referre licet.
At meliora Getis vitæ moderamina Zeuta,[w]
Et pie Zamolxes,[w] & Dicenæ [w] dabas.
Testatur nitida numerosius Horatius [x] ode
Castius hac quondam gente fuisse nihil.
Testificantur idem tot sancta volumina legum,
Justitiæque tenax nunc &, ut ante, vigor.
Et Scytha Gnuriades [y] Anacharsis, Regia proles,
Ille tuus morum, Græcia, doctor; erat.
Quamlibet & mendax, nunquam tamen ausa negare es
Multum a finitimis te didicisse Getis; [z]
Longius egressi cum Thracia rura tenerent.[1]
Thrax etiam vates Orpheus ille fuit; [2]
Orpheus ille, Deum docuit qui mente colendum,[2]
Flexanima sedans [2] Martia corda chely.
Thrax Sophos [*] Æsopus, Phrygia [3] licet ortus, habendus,
Æmulus Æsopo Thrax quoque [4] Phædrus, erant.

[w] *Jornand. de Get. Cap.* V. *in medio.* [w] *Idem Cap.* XI. *toto.* [x] *Is lib.* III. *Carm.* XXIV. Campestres melius Scythæ Vivunt, & rigidi Getæ. [y] *Diogenes Laertius in Vita ejus.* [z] *Tatianus in Orat. ad Græcos, qua probat,* quod omnia eorum studia, quibus gloriantur, a Barbaris inventa sint. [1] *Procopius lib.* III. *Gotth. versionis Grotianæ pag.* 386. *&* *lib.* IV. *pag.* 420. [2] *Virgilio Æn.* VI. 645. Treicius Sacerdos; quia & Theologus fuit; etiam homines de feris & duris composuit, *ut notat ibi Servius. Epigr. Vet. in Catal. Virgil.* Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit, Doctaq; vitam voce temperavit, Moresq; agrestes expolivit Orpheus. [*] *Sic Phædro* κατ' ἐξοχὴν *dictus Fab.* 53. *&* 73. [3] *Teste enim Strabone lib.* X. Φρύγες Θρακῶν ἄποικοι, Phryges Thracum coloni *erant.* [4] *Tersissimus Fabularum Æsopiarum imitator, nuper Upsaliæ recusus cum politiss. notis Cl. Jo. Schefferi, id de se eximie testatur in Prol. Lib.* III. Ego literatæ qui sum propior Græciæ, Cur somno inerti deseram patriæ decus? Threissa quum gens numeret auctores suos, *&c. quæ mellita prorsus.*

Digitized by Google

Hac ſatus evehitur Maxminus origine Cæſar,
    Sueſceret ut Gothico Roma domanda jugo.
In Latium cives cum deduxere Pelaſgi, [5]
    Auſoniam linguis erudiêre novis.
Sed prius illi iidem [6] primævæ elementa loquelæ,
    Dores &, a rigidis addidicere Scythis.
Quid? quod & haud alia diſtinguant voce parentes, [7]
    Quotquot & humano corpore membra vides. [8]
Si qua tamen tacito mutarint ſæcula lapſu,
    Mutatis eadem vis & origo manet.
Ad ſeriem gentemque redi, mea Muſa, relictam,
    Non ſatis ampla cui Biſtonis [9] ora fuit.
Hic neque prona diu ſtiterat Victoria curſum;
    Additur imperio trux quoque Daca novo. [10]
Te neque, [11] Dorpaneu, medius compeſcuit Iſter,
    Quin ſuperata manus Mæſia ripa daret.
Nec vos clade ſuper, Poppæe, aut, Fuſce, fuiſtis,
    A Victore, ducum cæſus uterque, Gotho. [12]
Hic ubi Semideûm proles caput extulit Anſes, [13]

[5] *Dionyſius Halicarnaſſenſis ſub fin. lib.* I. *& init.* II. *Antiq. Rom.* [6] *Teſte Herodoto lib.* I. *cap.* 57. ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. *&c. Vide Cl. Salmaſii de Ling. Græcæ orig. cap.* 1. [7] *E. Gr.* πατὴρ, **fatter**; ἄττα, 𐌰𐍄𐍄𐌰; *Friſ.* **haita**; Μήτηρ, *Dor.* Μάτηρ **moeder**; φρήτηρ *Æol.* 𐌱𐍂𐍉𐌸𐌰𐍂; θυγάτηρ, 𐌳𐌰𐌿𐌷𐍄𐌰𐍂; *Belg.* **doghter** / *&c.* [8] κεφαλὴ, **kopff** / *Alam.* 𐌰𐍂𐌼𐍃, *ab* ἁρμὸς, *Belg.* **arm** / 𐌺𐌹𐌽𐌽, *B.* **kinne** *a* κνῆν. 𐍆𐌹𐌲𐌲𐍂, *B. & Angl.* **finger** / *a* σφίγγειν. φελλὸς, 𐍆𐌹𐌻𐌻, *B.* **vel**. γόνυ, 𐌺𐌽𐌹𐌿, *B.* **knie**. πῶς 𐍆𐍉𐍄𐌿𐍃, *Alam.* **fuoz** / *nunc* **foes**. *B.* **voet** / *&c. in hoc Gloſſario paſſim obvia.* [9] *Thracia; quæ ita & Ovidio.* [10] *Jornand. Cap.* XII. *init. ubi* Corillum Regem XL. annos in Dacia Gothis imperaſſe *tradit.* [11] *Jornand. Cap.* XIII. [12] *Id factum ſub Domitiano Imp. Jornande teſte ibid.* [13] *Jornand. ibid. & Cap. ſeq.* Jam proceres ſuos, non puros homines, ſed ſemideos, id eſt **Anſes** / vocavere. *Belg.* **Hanſen** / **groote hanſen**. *Vide Kil. Forte & hinc* *majo-*

Digitized by Google

In titulis quorum nobilis umbra manet.[14]
Quid Decios [15] cæsos, recidivaque Pergama [16] rursus,
Latoæque [17] iterum templa cremata loquar?
Ipse Valens [18] flammis ultricibus impius arsit,
Victorum [19] pœnis arma probante Deo.
Missus in Hesperias Alaricus [20] proruit Alpes,
Et Dominus Latio jura ducemque [21] dedit.
Ducta domum soror [22] est Athaulfo Cæsaris ultro:
Hac pax emta illi conditione placet.
Te Zeno [23] sobolem sibi, Theoderice, cooptat,
Ne *populi Princeps* [24] nomen inane feras.
Hirsutos [25] hinc Roma Patres simul utraque vidit,

majores per Germaniam Civitates Hanse-Steden *dicuntur, q. d.* Ἡρωοπόλεις, *ut Germ.* Fursten-bergh/ *i. e. Principum habitatio, vel urbs; apud Romanos* Basilea; *i. e. Belg.* Koninghs-bergh/ Cæsareæ, Augustæq; *&* Σεβασταὶ *plurimæ. Vide tamen hic in* HANSA; *& Loccenii Antiq. Sued. lib.* II. *cap.* IV. [14] Ansegisel/ *corrupte Ansigisus, obses Principis;* Ansfrid/ *ejus pax;* Anshelm/ *ejus galea i. tutela.* Answaer/ *ejus custos; unde* Ansuarii. [15] *Jornand. Cap.* XVIII. [16] [17] *Idem Cap.* XX. [18] *S. Aur. Victor in Epit. & inde Cassiodorus in Chron.* lacrimabile bellum *vocant, ut & Orosius lib.* VII. *Cap.* XXXIII. *Jornand. Cap.* XXVI. *in cujus lemmate hæc additur causa:* [19] Valens Imp. qui eos (*Gothos*) Arriana perfidia infici curarat, divina vindicta ab ipsis comburitur. [20] *Procop. lib.* I. *Vandal. Vers. Grot. pag.* 8. *Jorn. Cap.* XXIX. *Oros.* III. 39. [21] Attalum e Senatoribus Romanis Imperatorem dixit. *Idem ibid. Procop.* [22] Placidia, Honorii Imp. Germana. *Sic enim leg. in lemmate Cap.* XXXI. *Jornandis.* [23] Theodoricus Ostrogotharum Rex a Zenone Imp. Romam evocatur, ab eo adoptatur, Consulatu & Equestri statua donatur. Insignia Regis Romanorum assumit. (*Scil. Italiâ jam devictâ*) *Sic habet lemma Cap.* LVII. *Ejusdem.* [24] Ðeode *A-S. &* Diet *Belg.* ψINDA, *populus; &* RIK, *A-S.* ric, *potens, princeps,* ἄρχων. *Hinc* Theoderic, *Belg.* Dietrick. *Vide Glossar. suis locis; & mea, si lubet, annotata ad Orationem Domini* XX. *linguis editam.* [25] *Ovid.* V. *Trist. El.* VII. Non coma, non ulla barba resecta manu, *de iisdem, quos* Hirsutos Getas *vocat* I. ex *Ponto El.* VI. *Jornand. Cap.* XI. *Capillatos,* quod nomen Gothi pro magno suscipientes, adhuc hodie suis cantionibus reminiscuntur. *Sacerdotes a.* Pileatos *dixerat idem. Aimoinus de Gest. Franc. lib.* I. *Cap.* IV. Cui (*Faramundo puta, quem* Crinitorum

** 2 *pri-*

Atque frequens fastis lectus in Urbe Gothus.[26]
Tum quoque pars Asiam, Libyen[27] pars subdidit armis,
Ne qua esset Gothicus circulus orbe minor.
Non Asiæ Macetas[28] defendit adorea victæ,
Nec te Apennini mœnia, Roma, jugi.
Quod si Marticolæ tot bella, tot agmina gentis
Enumerem, numero sidera victa cadant.
Nec mihi si tot sint, Argo quot lumina, linguæ,
Mæoniique Senis nobile detur ebur,
Multiplices memorem natos hoc semine fœtus,
Semper humo prolem parturiente novam.
Haud secus ac pingui Ceres ubere consita glebæ
Germine centuplici luxuriare solet;
Aut veluti populosa novos examina Reges,
Deficiente cavo, vere sequuntur apes.
Ostrogothi hinc, Hunnique truces, & Alana juventus,
Burgundæque acies, Vandalicusque furor.
Oppida, Burgundus,[29] quod prima habitârit & arces,
Perque vagando plagas, Vandale,[30] nomen habes.
Tot procul undantes excepit Celta colonos,

primum facit Chron. MS. *If. Vossii τῦ μιν*) filius successit Clodio crinitus: illo in tempore Francorum Reges criniti habebantur. *Late idem refert Agathias lib.* I. *in Excerptis Grot. p.* 532. [26] *Vide Chron. Cassiodori sub Theodosiis & seqq. Impp. & in Variis ejus.* [27] *Vandali scilicet, ejusdem, cum Gothis, originis. Procop. Vandal. lib.* I. *pag.* 12, 13. *Edit. Grot.* [28] *Sub Gallieno Imp.* Græcia, Macedonia, Pontus, Asia vastata est per Gothos, *Eutrop. lib.* IX. *init.* [29] *Isidor. lib.* IX. *Origin. Capp.* II. & IV. Ita nomen ex locis sumserunt, quia crebra per limites habitacula constituta, *Burgos* vulgo vocant. *Inde Burgundiones, q. d.* Burghwoners / *inquit Grot. in Prolegom. ad Procop. pag.* 25. [30] *a* Wandelen *Belg. i. e. ambulare, sedes mutare. Nam ex Scythia orti Hispanias Africamque usque pervagati sunt. Procop. ibid.*

Et

Digitized by Google

Et Pireneis arva propinqua jugis.
Hac ſerie ductos veneratur Iberia Reges,[31]
Crinitoſque[32] colunt Francica ſceptra Duces.
Nomina quod dubitare vetant Regumque[33] virûmque,
Quæque vagis fluviis indita, quæque locis.
Agnoſces Gothicæ totidem veſtigia linguæ,
Qua non ampla magis, fertiliorque fuit.
Quid quod & undiſono procul innatet inſula[34] ponto,
Cui glacies nomen, canaque bruma dedit,
Credita quæ pridem terrarum eſt ultima Thule,
Illa ubi tot ſæclis inviolata manet.
Armaque qua GOTTHVS toto circumtulit orbe,
Victoris meminit quælibet ora ſui.
Hinc Runis, Druadumq;[35] choris, hinc carmina[36] Bardis,
Queis modulabantur Martia geſta ducum.[37]
Laudibus his ætas rudis atque annalibus[37] uſa eſt;
His acuebatur vis generoſa modis.[37]

[31] Corona Gothica por Don Diego Saavedra. *Grotius in Prolegom. & Onomaſtico ad Procop.* [32] *Vide ſupra ad num.* 25 [33] Pharamond, *i. e.* **Waermond** / *unde* **Warmond** / *ut vulgo putatur. Sed, cum in Chron.* MS. *Voſſ. inveniam ſcriptum ſemper* Faramund, *potius derivem a* FAKAN, *proficiſci, &* **Mund** / *tutor, patronus, q. d. Dux & aſſertor itineris, quod Franci tum aggreſſi erant.* Chlodio, *i. e. popularis, a* Leode, *Flandr.* **Liederijck** / *Holl.* **Dietrijck.** *Inde &* Chlodouechus, *ut in eod* MS. *ſcribitur; q. d. cuſtos populi; niſi cum Heroe noſtro malimus* **Ludwigh** / *pro* Clarus bello: *& ita reliqua fere Francica & Hiſpanica primorum Regum nomina merè Gothica.* [34] yſland. [35] Druadum diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata exiſtimatur, *teſte Cæſare lib.* VI. Dꝛẏ *ſane* magum *interpretatur Gloſſar. A-S.* dꝛẏ-cꝛæft, magia. *Et ſic Plinius lib.* XVI. *Cap.* XLIV. Druidas Magos Gallis adpellari *tradens.* [36] *Heſychius*, Βαρδὶ, ἀοιδὶ παρὰ Γαλάταις, *ut recte leg. Noſter hic in* BKAIꝺ. *Hinc puto* Barditum *dictum.* [37] *Tacitus de mor. Germanorum Cap.* II. Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus eſt) Tuiſtonem deum, *&c. Tum Cap.* III. Sunt illis hæc carmina,

 quo-

Digitized by Google

Talibus attonitus, Peligne, haud falſa canebas,
Nomina vel ſolis eſſe tremenda ſonis.
Hoc tibi jure damus, tenerorum luſor Amorum, [38]
Debueras alias exul adiſſe plagas; [39]
Neſcit amare Getes, niſi bella, arcuſque, faceſque:
Hinc tibi trux viſus, terribiliſque fuit. [40]
Nunc tua Roma mihi trabeati regna Quirini
Jactet, & ante ſuas ruſtica bella caſas.
Dardanios & avos, & Troas, & Ilion ingens,
Atque Anchiſiaden, Arma, virumque canat. [41]
Fabula, præ geſtis, mera ſunt nugæque, GOTHORUM,
Tota niſi, ut forſan, fabula Troja fuit.
Palladium ſervet Capitoli immobile ſaxum, [42]
Quæque Penatigero ſigna relicta duci. [43]
Auſpicioque Numæ delapſa ancilia cœlo, [44]
Iliacoſque focos, Egeriæque ſacrum. [45]
Quæque Sibyllarum luſtranda volumina nulli, [46]
Quam cum portentis anxia Roma foret.
Majus in hoc uno lætare Volumine pignus,
SVEDIA, de ſpoliis tot ſupereſſe tibi.

quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos. *Idem Gothis tribuit Jornandes Cap.* XI. *Idem Carolo M. Eginhartus in vita ejus.* 38 *Sic ſe in Epitaphio ſuo vocat Triſt. lib.* III. *Eleg.* III. *ad fin.* 39 Hoſtibus in mediis interq; pericula verſor, *ex Ponto lib.* I. *El.* II. *v.* 15. Vivimus aſſiduis, expertes pacis, in armis, Dura pharetrato bella movente Geta. *Sic lego lib. eod. Eleg.* IX. *init.* 40 Truxque Getes armis; *&*, Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe; *in Epiſtolis ex Ponto lib.* I. *El.* VIII, 12. *&* IX, 15. *alterum lib.* II. *El.* VII. 2. *&* 30. 41 *Initium Æneidos Jureconſultis tritiſſimum, juxta L.* LXV. *de Verb. Oblig.* 42 *Hemiſtichium Maronis* IX. *Æneid. ubi de Euryalo.* 43 *Lib.* III. *Faſtor. & Metam.* XIV. *Scil. Æneas.* 44 *Ovid. ibid. v.* 377. *& ſeq.* 45 *Livius lib.* I. *Cap.* XIV. 46 *Dionyſ. Halicarn. lib.* IV. *Livius lib.* III. *&* IV. *& paſſim. Onuphrius de Sibyllis.*

Judi-

Digitized by Google

Judice me, certans hoc pignore, SVEDIA, vinces
Quidquid Eleusis habet, castaque Vesta sacri.
Hæc dubiis meliora oracula consule somnis,
Delphica quosque tripus, Virgoque stertit anus.[47]
SVEDIA, si tantis gaudes Heroibus orta,
Læta nec heroos noscere sperne sonos.
Nec Tibi, SVEDORVM Decus, haud placitura putamus,
Cum sacra SCANZIGENIS tradita prima leges.
Nec fore, MAGNE, reor nomen tibi vile GOTHORVM,
Qui DALIAM Judex WISIGOTHOSQVE regis:
Neu quod tot bello partis, tot pace trophæis,
Hæc quoque nectamus laurea serta, tuis.
Fallor? an & pridem tumulos lustrare loquaces[48]
Te juvet, & nixo scandere saxa gradu;
Inclytaque acta ducum testantes visere colles,
Ardua virtutis semper amantis opus?
JVNIVS his chartis sensus Tibi pandet opertos,
Arcanas satagens enucleare notas.
Hæc obiter. Potior fuit illi cura, GOTHORVM,
Ductaque per socias, lingua vetusta, decem.[49]
Vtque suo juvet ore patres audire loquentes,
Hic Tibi, quod potuit tradere nemo, potest.
Tentavere quidem magno conamine multi,
Nec tamen indocti, nec sine laude, viri.[50]

47 Sibylla Cumæa *Æneid.* VI. *init.* Virgo Cumæa, *annosa facta Metamor.* XIV. *Fab.* IV. 48 *Inscriptiones Runicas a Cl. Wormio editas.* 49 *Invenies in hoc Glossario, præter Gothicam, Cimbricam, Cambro-Britannicam, Anglo-Saxonicam, Theotiscas varias, veterem Frisicam, Islandicam, Danicam, Germanicam, Belgicam, Anglicam, inter se collatas affinesq; linguas, ut cum Græca Hebraicam omittam.* 50 *Gelenius, Rhenanus, Freherus, Adr. Junius, &c. & ὁ δεῖνα Grotius.*

Verum

Verum illos ratio, successus & ipse, fefellit:
Soli JVNIADÆ palma relicta fuit.
Quod Pharos Ægypto, Tyriis Cynosura carinis,
Parrhasiæque faces, navita Suede, tuis,
(Audiat ipse licet, dedit hæc qui sidera mundo)
Hoc, hoc, MAGNE, Gothis JVNIVS unus, erat.
JVNIVS è Francis, ut Tu quoque, finibus ortus,
Qui nec ab ingenuis degeneravit avis.
Si VOSSI memor est, & honorat SVEDIA nomen,
(Lucidius docto non micat orbe jubar.)
Tantus hic & tanti nec Avunculus esse Nepotis
Ignotus vestris, neve latere, potest.
Ille Palatinis pluteis quæ promserat ante,
Hic Tibi nunc cultu splendidiore refert.
Quique suo merito CODEX ARGENTEVS audit,
AVREVS ad dominas nunc redit ille manus.
Magna decent magnos si munera, nil Tibi majus,
MAGNE, nihil vel Te dignius orbis habet.

Ita censet, vovetque cùm Autoris tum suo nomine


EXCELLENTIÆ TVÆ

devotissimus

JANVS VLITIVS J. C.
Civitatis Ditionisque Bredanæ Syndicus, & Archigrammateus.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
FRANCISCUS JUNIUS F. F.
S. P.



Uum jam olim, Obſervationes meas in Willeramum editurus, publicè profiteri non dubitaverim prorſus mihi valdè placere Scriptores uſitatâ Patribus noſtris linguâ nobiſcum agentes; ac tum quoque monuerim, per fore Philoteutonibus accommodatam eorum operam, qui ſuperioris inferiorîſq; Germaniæ linguam Teutonicam, ſicuti & Anglicam in pleriſque Teutonizantem, cum antiquiſſimis Avorum monumentis fideli ſtudio contendent: non potui non cogitata reſumere & deſtinata magno niſu proſequi, ſimul ad manus meas perlatus eſt Argenteus codex, celeberrimum Sueo-Gothorum monumentum; ac magis etiamnum, ex quo MAGNUS florentiſſimi regni Cancellarius (divinâ dubio procul Providentiâ hanc ſummo Heroï mentem voluntatémq; inſpirante) præclari Codicis editionem cœpit urgere, atque ultrò viam ad exequenda deſtinata pandere. De auguſtâ interim ſpecie ac majeſtate libri plurimis retrò ſæculis noti ac vetuſtate miſerè vexati, de meâ itidem operâ in conſectandis comprehendendíſq; tenuibus fugientium literarum apicibus concinnandóq; gloſſario Gothico, licet multa nimiáq; ferè dixerit optimus ac mihi amiciſſimus Dous Janus Vlitius, omnino tamen iis addendum videtur illud Joſephi Scaligeri epigrammatium, quo graphicè depingit pleniſſimam ſtomachi operam Lexica gloſſariáq; conficientium & eandem incudem diem noctémq; tundentium:

Si quem dura manet ſententia Judicis, olim
Damnatum ærumnis ſuppliciiſq; caput:
Hunc neque fabrili laſſent ergaſtula maſſâ,
Nec rigidas vexent foſſa metalla manus.
LEXICA *contexat. Nam cætera quid moror? omnes*
Pœnarum facies hic labor unus habet.

Humanæ certè cogitationes nequeunt ſatis abundéq; concipere, quantam curam diligentiámq; poſtulet hoc negotium; ac nemo rectiùs narraverit quot quantæq; moroſiſſimarum anxietatum difficultates circumſtent Onomaſticum aliquod molientem, quàm qui animum ſuum ad hoc ſcribendi genus appulit, quiq; operi

* * * om-

Digitized by Google

omnibus fructuoso ipse manum quandoque admovit. Fatebitur is imprimis arduum esse linguas cum situ & squallore luctantes ex obscuris, attritis, ac semilaceris etiam membranis restituere; immensam priscarum vocum congeriem in operis totius apparatum conquirere, excerpere, in unum comportare, digerere; primam earum significationem virisimili conjecturâ indagare, genuinam orthographiam eruere, probabilem denique originationem ex hac priscæ acceptionis scriptionísq; ratione expiscari. Expertus quoque testabitur quàm ægrè nosmet ipsos ex hujus operæ difficultatibus evolvamus, cum post primum delectum opus retractaturi mendosa confusáq; reteximus, supervacua rescindimus; plurimis passim occurrentibus, quæ non tam circumcidenda sunt atque amputanda, quàm extrahenda & penitus tollenda. Verè denique memorabit quantum ubique scribendi rescribendíq; fastidium exsorbere cogamur, quotiescunque singulas cœptæ operæ partes exornare, dedolare, limare, perpolire, aggredimur. Sed redeo ad ea quæ conjunctiora sunt operi quod nunc tibi, mi Lector, exhibeo; ne videar qualemcunque industriam, importunus venditator, exaggeratâ verborum volubilitate auribus tuis inculcare, si exhaustos labores pluribus exequar. ARGENTEUM CODICEM, inclytum veteris linguæ Gothicæ monumentum, propè jam decurso ærumnosæ hujus vitæ spatio illustraturus, nihil æquè judicavi ex usu totius rei, quàm ut Gothicum aliquod glossarium, ordine alphabetico digestum, deproperarem. Vita nimirum jam præcipitans, me quoque hæc præcipitem penè coëgit evolvere. Ausúsq; sum velociter formatas elaboratásq; glossas, omissâ ulteriore consultatione, actutum emittere: sperans me gratiam veniámq; erratorum facilè impetraturum ab æquo judice, & qui non miratur hominem natum in errore versari. Glossarii nomen indidi hisce nostris commentationibus, propterea quòd non ubique Rectos casus Nominum (ut in Exegeticis fieri assolet) nec Verborum modum Infinitum semper adscripserim, sed plurimas voces in ordinem Alphabeticum retulerim, prout offeruntur in ipso contextu Gothico: quod tamen maximè locum habuit in Verbis & Nominibus semel tantùm aut rarissimè occurrentibus; neque enim semper expeditum erat ex residuis Argentei codicis fragmentis certam ubique Gothicarum declinationum conjugationúmq; analogiam, & cui tutò insisteremus, efformare. Plerisque interim locis, ex Argenteo codice adductis, adjecimus interpretationem Vulgatæ versionis Latinæ.

In allegandis quoque Argentei codicis locis oppidò quàm sumus copiosi, ut ex multâ citationum varietate Lector pleniùs deprehendat antiquam principis linguæ orthographiam in Verborum Nominúmq; inflexionibus, atque eâdem quoque operâ qualemcunque syntaxeos Gothicæ rationem observet. In enarrandis adhæc explicandísq; vocabulis Gothicis, ad quasdam cognatarum linguarum amœnitates quandoque deflecto, veluti hac ratione occursurus tædio quod obsaturare solet Lectorem nimiâ Grammaticarum observationum copiâ fatigatum.

Im-

Digitized by Google

Immo & in etymologiarum indagatione perſæpè amplector originationem, minùs quidem probatam, ſed morale quid ad communis vitæ uſum comprehendentem: *Omnibus rebus, omnibúſq; ſermonibus*, inquit Seneca nat. quæſt. II, 59. *aliquid ſalutare miſcendum eſt*. Atque adeò quoque ex hujus præcepti ſententiâ apprimè hoc in loco ſalutare videtur, graviſſima Principis oratoris verba opponere iis, qui ludibrio habent etymologias qualemcunque rudi Patrum noſtrorum ſæculo Sapientiam tribuentes: O *vitæ Philoſophia dux, ô Virtutis indagatrix expultríxq; Vitiorum, quid non modò nos, ſed omnis vita hominum ſinè te eſſe potuiſſet? Tu urbes peperiſti. Tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocâſti. Tu eos inter ſe, primò domiciliis, deinde conjugiis, tum* LITERARUM ET VOCUM COMMUNIONE *junxiſti. Tu inventrix Legum. Tu magiſtra Morum & Diſciplinæ fuiſti. Ad Te confugimus; à Te opem petimus; Tibi nos, ut antea magnâ ex parte, ſic nunc penitùs totóſq; tradimus. Eſt autem unus dies benè & ex præceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus. Cujus igitur potiùs opibus utamur, quàm tuis? quæ & Vitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem Mortis ſuſtuliſti. At Philoſophia quidem, tantùm abeſt ut perinde, ac de Hominum vitâ merita eſt, laudetur; ut à multis etiam vituperetur. Vituperare quiſquam vitæ Parentem & hoc paricidio ſe inquinare audet? & tam impiè ingratus eſſe, ut eam accuſet, quam vereri deberet, etiamſi minùs percipere potuiſſet? Sed, ut opinor, hic error, & hæc indoctorum animis offuſa caligo eſt, quòd tam longè retrò reſpicere non poſſunt; nec eos,* A QUIBUS VITA HOMINUM INSTRUCTA PRIMO SIT, *fuiſſe Philoſophos arbitrantur*. Hæc Cicero circa initium libri Quinti Tuſculanarum quæſtionum. Licet verò plurimas originationes videar ad fontes Græcos retuliſſe, non tamen hoc ita velim accipi, quaſi potiſſimam linguæ ſuæ partem Patres noſtri hauſerint à Græcis; cùm veritati magis videatur conſentaneum veterem Græcam Scythicamq;, nec non ipſam quoque Gothicam ex vetere Scythicâ provenientem, à communi aliquâ origine promanâſſe, multíq; adeò viri longè doctiſſimi illam potiùs ex hac, quàm hanc ex illâ deſumptam cenſeant. Cæterùm his omiſſis, quæ benè longam, ſatis litigioſam, atque à propoſito noſtro alieniſſimam habent diſputationem, reliquum eſt ut in gratiam ſtudioſi Lectoris recenſeam varia, quæ in hoc opere citantur, monumenta Angloſaxonica, Francica, Cimbrica, &c.

ANGLOSAXONICA.

Ælfricus de Veteri ac Novo teſtamento, editus Londinii, Anno 1623, curâ & ſtudio Guiljelmi Liſlæi, qui & Anglicè tranſtulit. Ælfrici quoque Canones, Grammatica, Gloſſarium perſæpè in hiſce noſtris Commentationibus advocantur ad partes; nos de ſingulis agemus ſuo loco in *Canones*, in *gl* ſive *Gloſſarium*, & in *gr*, quo compendioſè *Grammaticam* denotamus.

 Æqui-

Digitized by Google

Æquinoctium vernale, sive de Primo die sæculi. Descripsi ex MS Cottoniano; ipsum verò opusculum dividitur in Capita.

Albini vel Alcuini responsa ad interrogationes Sigewulphi presbyteri. Descripsi ex antiquo Hattonianæ bibliothecæ codice MS. Latinum horum Responsorum exemplar habes Micropresbytici paginâ 447.

Alvredus, Anglosaxonum rex inclytus, qui non minorem apud posteros ex reverentiâ Studiis exhibitâ quàm ex Regni administratione consecutus est famam, transtulit Bedæ historiam gentis Anglorum, Pastoralia magni Gregorii, Boëthium de Consolatione, Orosium, Soliloquia Augustini. Nos horum singula suo loco recensebimus.

Apulejus de Herbis, Anglosaxonicè. Videor mihi alicubi hoc Medicinale opusculum sub hoc nomine allegâsse; alibi semper dicitur Herbarius. quod vide.

Archajonomia, i. e. Antiquissimæ leges regum Anglosaxonicorum, prout olim ab iis latæ vulgatæq; sunt sermone tunc temporis vernaculo. Vide quæ nos infra dicimus in LL.

Augustini Soliloquia. Vide Soliloquia Augustini.

Basilii magni Regula monachica, versa Anglosaxonicè. Opus imperfectum. Dividitur in Capita. Descripsi ex perantiquis Hattonianæ bibliothecæ membranis. Latinum hujus Regulæ exemplar habes in Goldasti vett scriptoribus Paræneticis, paginâ 181.

Bedæ Historia ecclesiastica gentis Anglorum, unà cum Alvredi regis Anglosaxonicâ paraphrasi, edita est studio atque operâ Abrahami Wheloci. Cantabrigiæ, Anno 1643.

Boëthium de Consolatione Philosophiæ rex Alvredus transtulit paraphrasticè. Descripsi ex Bodlejanæ bibliothecæ codice manuscripto, ac postea contuli cum altero melioris notæ codice Cottoniano. Anglosaxonica paraphrasis non sequitur Latinum exemplar in libros & metra prosásq; distinctum, sed totum opus in Capita & Capitum sectiones dividitur.

Canones Ælfrici ad Wulphinum episcopum. Inseruit eos Archaionomiæ suæ Anglosaxonicolatinæ Abr. Whelocus, paginâ 127.

Colloquium monachicum Anglosaxonicè interlineatum. Depromptum ex Cottonianâ bibliothecâ.

Cottonianæ glossæ, vel Cottonianus euangeliorum codex interlineatus. Vide quæ dicimus in *Euangelicum codicem*.

Dialogi Gregorii magni jussu regis Alvredi translati sunt Anglosaxonicè à Warfrido vel Wærefritho episcopo Wigorniensi. Horum dialogorum fragmenta quædam transcripsi ex mutilo quodam codice Hattoniano. Integram interim horum Dialogorum versionem puto in Cottonianâ bibliothecâ nec non alibi quoque extare.

Euangelicum codicem Anglosaxonicum Londinii olim excusum Anno M. D. LXXI.

nunc

Digitized by Google

nunc recudi curavit Tho: Mareſchallus. Sunt & alii duo perantiqui codices Euangelici gloſſis interlinearibus illuſtrati, Cottonianus & Ruſhworthianus; quibus nos Cottonianarum Ruſhworthianarúmq; gloſſarum nomen indimus, quotieſcunque hujus illiúſve Euangeliſtæ verba penitiùs excutienda putamus. Quemadmodum autem Cottonianarum gloſſarum appellatio manifeſtè ſatis præ ſe fert nobilem, quam adornant & in quâ aſſervantur, bibliothecam; ita Ruſhworthiano codici nomen indit poſſeſſor J. Ruſhworth, degens in illo Juriſconſultorum collegio quod vulgò Lincolnienſe hoſpitium vocant. De tribus hiſce codicibus Euangelicis multa lectu digniſſima habent eruditæ ejuſdem Mareſchalli obſervationes in Euangelia Angloſaxonica.

Faſtorum Angloſaxonicorum fragmentum; ſæpiùs Martyrologium dixi; aliquando quoque (ac rectiùs fortaſſè) Menologium. Vide quæ dicimus in *Menologium*.

gl Ælfrici, eſt Gloſſarium in Cottonianâ Ælfrici grammaticâ manuſcriptâ ipſi Grammaticæ ſic adnexũ, ut cuivis liquere poſſit ipſum Ælfricum has gloſſas Grammaticæ ſuæ addidiſſe: & quemadmodum has gloſſas ex ipſo Cottonianæ grammaticæ codice MS deprompſi, ita paginas apographi noſtri, aliquid ex iis citaturus, ubiq; ſervavi.

gl R, eſt aliud copioſius ejuſdem Ælfrici gloſſarium; quod ego tamen à prædicto Ælfrici gloſſario diſtinguendum putavi, additâ R literâ, veluti deſcriptum ex membranis Rubenianis. Ex hiſce quoque gloſſis aliquid citaturus, obſervo paginas noſtri apographi; quod etiam fecit Guilj. Somnerus, qui hoc ipſum Gloſſarium unà cum Ælfrici grammaticâ Latinoſaxonicâ Lexico ſuo Latinoſaxonico ſubjunxit.

gr Ælfrici, mihi eſt Latinoſaxonica illa Ælfrici grammatica, quam Guilj. Somnerus (ut jam nunc dixi) unà cum Lexico ſuo Saxonicolatino & gloſſario R primus edidit Cantabrigiæ, Anno 1659.

Herbarius propriè dicitur Botanicus liber, i. e. Liber tradens quæcunque pertinent ad herbas. Hattonianâ itaque bibliothecâ ſuppeditante mihi antiquiſſimum codicem membranaceum, qui inſcribebatur quidem *Liber medicinalis*, ſed veluti ex profeſſo tradebat nomina, virtutes, proprietatéſq; herbarum, putavi peculiariore appellatione *Herbarii* nomen ei competere; ac magis etiam, poſteaquam comperi opus hoc Angloſaxonicum quàm proximè exprimere Apulejum de Herbis, aliquoties à variis editum; propiùs tamen accedere ad inſignem illum ac ſtupendæ antiquitatis codicem Apulejanum, quem habet inſtructiſſima propinqui mei Iſaaci Voſſii bibliotheca. Diſtinguitur hic liber in Capita & ſectiones.

Hexaëmeron S. Baſilii Angloſaxonicè tranſlatum deſcriptúmq; ex antiquiſſimo Hattonianæ bibliothecæ codice, diſtinguitur in Capita.

Hymnarium interlineatum, i. e. Hymni & Cantica veteris eccleſiæ cum interlineari tranſlatione Angloſaxonicâ. Deſcripſi ex bibliothecæ Cottonianæ gemino Codice manuſcripto.

L L Inæ regis, Alvredi, Edoardi, Ethelſtani, Edmundi, Edgari, Ethelredi, Canuti, &c. nobis ſunt Leges regis Inæ, Alvredi, &c. Archajonomiam nempe, i. e.

 peran-

Digitized by Google

perantiquas Anglosaxonicorum regum leges à se translatas vulgavit olim Guilj. Lambardus; nobis tamen magis arridet antiqua versio quam habet Joh. Bromton: neque ipsi tantùm sequimur illam, sed auctores quoque sumus omnibus genuina venerandæ antiquitatis monumenta diligentibus, veterem potiùs horrentis incultíq; sæculi versionem amplecti, quàm novitiis atque in speciem cultioribus temerè adhærere.

Lupi sermo ad Anglos, quando Dani maximè persecuti sunt eos; quod fuit anno Millesimo decimo quarto ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi. Descripsi hunc sermonem ex tribus MSS inter se collatis; uno Cottoniano, altero Hattoniano, tertio Benedictino. Incidi quoque in quatuor alios ejusdem Lupi sermones, non in hoc tantùm comparatos ut miserrimam Danicæ depopulationis faciem auditoribus proponerent, sed ut simplicioribus prima Christianæ religionis dogmata inculcarent, & perditè malos (quod vulgare est omnium ferè Homiliarum thema) ad emendationem vitæ studiúmq; virtutis traducerent. Omnes interim sermones Lupi in plures dividuntur sectiones.

Martyrologium aliquando dixi illud Menologii fragmentum, quod alibi quoque Fastos Anglosaxonicos nuncupavi. Vide quæ mox dicimus in *Menologium*.

Medicina ex quadrupedibus distinguitur in Capita & sectiones. Descripsi hoc opusculum ex eodem Hattonianæ bibliothecæ codice MS, ex quo exscriptus est iste Liber medicinalis quem propriè magis Herbarium dici posse judicamus.

Menologium propriè vocant Computũ quo Sancti & Martyres referuntur ad certos cujusque mensis dies. Ex talis Menologii fragmento duplici, uno Cottoniano, altero Benedictino, excerpsi non nulla quæ mihi maximè tunc temporis arridebant. Aliquando quidem in hoc Gothicarum glossarum opere Fastos Anglosaxonicos dixi, alibi verò Martyrologiũ vocavi, sed commodiorem veriorémq; puto Menologii appellationem.

Nathanis Judæi legatio fabulosa, divisa in capita, & descripta ex antiquis publicæ Cantabrigiensis bibliothecæ membranis.

Nicodemi pseudo-euangelium, distinctum in capita, & descriptum ex publicæ Cantabrigiensis bibliothecæ codice manuscripto.

Orosium Anglosaxonicè transtulit rex Alvredus. Hæc tamen versio, quam ex MS Cottoniano descripsi, Librorum capitúmq; distinctionem habet multum diversam ab eâ quàm Orosii editio Latina sequitur.

Pastorale opus Gregorii magni, paraphrasticè translatum à rege Alvredo, descripsi ex mutilo codice MS bibliothecæ Cottonianæ; contuli cum optimæ notæ codice Hattoniano, ac fœdas Cottoniani codicis lacunas ex eo supplevi. Hæc paraphrasis Anglosaxonica distinguitur in Capita & Capitum sectiones.

Peccatorum medicinam, in XVI capita distinctam, descripsi ex Cottonianæ bibliothecæ codice MS.

Proverbiorum Salomonis glossas interlineares descripsi ex MS bibliothecæ Cottonianæ, servato Capitum ordine.

Psal-

Digitized by Google

Psalterium Anglosaxonicè interlineatum edidit Joh. Spelmannus, Henrici filius. Londini, 1640. Subinde quoque allego & alterum Psalmorum Anglosaxonicè interlineatorum codicem manuscriptum, notæ melioris, quem penes me nunc habeo ex bibliothecâ propinqui mei Isaaci Vossii.

Regula Benedicti paraphrasticè translata. Libellus est quantivis pretii, descriptus ex vetustissimo Cottonianę bibliothecę MS. Aliquando etiam cito Regulam Benedicti Anglosaxonicè interlineatam, atque ex ejusdem bibliothecæ codice MS desumptam.

Scintillarius vel Liber scintillarum in Titulos digestus & Anglosaxonicè interlineatus. Excerpsi paucula quædam tantâ cum curâ glossata, ut non putem uspiam reperiri aliam aliquam interlineationem pari studio judicióq; elaboratam.

Soliloquia Augustini, sive Flores ex D. Augustini Soliloquiorum libro selecti à rege Alvredo. Depromptum est opusculum hoc ex bibliothecâ Cottonianâ, distinguitúrq; in Capita.

Somniorum diversitas, cum interpretamento Somniorum plus minus trecentorum. Descripsi ex Cottonianæ bibliothecæ codice manuscripto.

FRANCICA.

Annonis archiepiscopi Coloniensis vita rhythmicè ante quingentos plus minus annos conscripta. Martinus Opitius primus eam vulgavit, Dantisci, 1639.

Chartarum & instrumentorum veterum Alamannicorum Centuria, quam edidit Melchior Goldastus Alamannicarum antiquitatum Tomo II, parte I.

Glossaria aliquot Francica (quorum pars major hactenus inedita) in unum veluti corpus congerentes ac Notis illustrantes, singulis eorum Nomina indidimus è tredecim primis Alphabeti elementis desumpta; quo promptiùs expeditiúsq; inter se discerni atque in Teutonicis nostris Commentationibus possent allegari. Et quoniam in toto Gothici glossarii opere passim occurrit jam nunc memorata Francicorũ glossariorum denominatio citatióq;, breviter quoque hoc in loco totius operis specimen Lectori exhibendum putavi. gl A nunc primùm ex bibliothecâ propinqui mei Vossii prodit. gl B similiter ex eadem bibliothecâ in lucem protrahitur. gl C cum Appendice ejusdem bibliothecæ exigua pars est. gl D cum Appendice inde quoque provenit. gl E itidem descripsimus ex membranis ejusdem Vossii. gl F ex eâdem penu librariâ deprompsimus. gl G est Ruodeperti magistri S. Galli epistola VII. Edidit eam Goldastus Alamannicarum antiquitatum Tomo II, parte I. paginâ 88. gl H complectitur Hrabani Mauri, abbatis Fuldensis, glossas Latinobarbaricas de Partibus humani corporis. Edidit eas Goldastus Alamannicarum antiquitatum Tomo II, parte I. paginâ 9. gl J exponit Juristarum terminos metricè: invenitúrq; in Gemmâ gemmarum Suollis editâ per Petrum Os de Bredâ. gl K exhibet nobis Keronis monachi glossas à Goldasto editas Alamannicarum antiquitatum Tomo II, parte I. paginâ 94. gl L continet glossas ex perantiquâ psalmorum versione Theotiscâ

Digitized by Google

tiscâ collectas à Justo Lipsio. gl M tradit Theotiscam herbarum nomenclaturam, M S Macro antiquâ manu ad oram adscriptam. Ex bibliothecâ Vossianâ. gl N recenset Francica nomina quæ Mensibus ac Ventis imposuit Imp. Carolus magnus. Ex Eginharto de vitâ & gestis magni Caroli. Harum omnium Glossarum editionem, gratiâ divina commodam præbente occasionem, quàm maturrimè accelerabimus.

Hymni aliquot Francicè interlineati. Hos XXVI antiquæ ecclesiæ Alamannicæ hymnos descripsimus ex membranis Vossianis.

Otfridi euangelica historia octingentis ab hinc annis Theotiscè conscripta, Basileæ. 1571.

Rhythmus de S. Annone. Vide Annonis vita.

Tatiani harmonia euangelica Latino-Francica cum nostris ad eam Annotatis, Deo vitam viresq; largiente, propediem prælo subjicietur.

Tyrolis regis Scotorum Parænesis ad filium. Goldastus retulit inter Paræneticos veteres.

Willerami abbatis Francicam paraphrasin in Canticum canticorum edidit Raphelengius, Anno 1598. Sæpè quoque remittimus Lectorem ad nostras in Willeramum Observationes, editas Amstelodami, Anno 1655.

Winsbekii Parænesis ad filium, & Winsbekiæ ad filiam, referuntur à Goldasto inter Paræneticos veteres.

CIMBRICA.

Cimbricarum antiquitatum nihil quicquam vidi, præter ea quæ publici juris fecit Olaus Wormius. Runicum lexicon. Fastos Danicos. Monumenta Danica. Duplicem regum Danicorum seriem. Runicam literaturam, & in eâ Epinicium Egilli skallagrimi, & Epicedium regis Regneri Lodbrog. Quod verò ad alias Septentrionis dialectos attinet, paucissima & valde tenuia earum monumenta pervenerunt ad manus meas; ex quibus tamen conjecturam facio, vetus Borealium idioma claram in plerisque facem prælucere Anglosaxonica Alamannicáq; studia tractantibus; atque adeò ipsos quoque Septentrionales vice versâ plurimum lucis ex veteribus Anglosaxonum Alamannarúmq; monumentis posse mutuari. Exsurgant modò Septentrionis alumni Teutonésq; qui mutuas in excolendâ linguâ nobili conferant operas, laborémq; minimè degenerem pari jugo suscipere non exhorrescant.

ἔῤῥωσο ὦ φίλ' ἧλιε.

ALPHA-

Digitized by Google



ALPHABETUM

Gothicum, Runicum, &c.



Rgenteus codex, qui reliquis omnibus Teutonicis antiquitatibus fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit nomenq; abstulit, Literis utitur viginti & quinque; quarum Figuram ac Potestatem pro virili Philoteutonibus tradere conabor, ne quid necessarii subsidii requirant lecturi Monumentum multorum antehac elogiis celebratum, plurium deinde votis expetitum, ac tandem nutu auspicioq; incomparabilis Herois, nomine ac re Magni, publici juris factum. Tu interim, Lector, benè precare tantæ Virtuti, & supplex ora Deum opt. max. ut Celsissimo viro animum publico addictum augeat, animoq; isti quem longissimum habet vita progressum largiatur.

Prædictas quinque & viginti Literas ita notat codex Argenteus: 𐌰. 𐌱. 𐌲. 𐌳. 𐌴. 𐍆. 𐌾. 𐌷. 𐌹 *vel* 𐌹̈. 𐌺. 𐌻. 𐌼. 𐌽. 𐌵. 𐍀. 𐍈. 𐍂. 𐍃. 𐍄. 𐌸. 𐌿. 𐍉. 𐍅. 𐍇. 𐌶. *Et quoniam earum Nomina nusquam, quod sciam, tradidit Antiquitas, proximum est ut ab earum Notatione statim transeamus ad earum Potestatem investigandam ex collatione cum linguâ Græcâ nec non cum iis linguis quas ex Gothicâ traductas esse constat. Cum Græcâ quidem; quòd plerasque Gothici alphabeti Literas à Græcis petitas esse liqueat, quodq; longè maxima sermonis Gothici pars variam quandam antiquæ Græciæ dialectum præ se ferat. Cum aliis verò ex vetere Gothicâ traducibus, Anglosaxonicâ nempe, Cimbricâ, & Alamannicâ; quòd verisimile sit eas priscam avitæ linguæ pronuntiationem in multis retinuisse.*

𐌰 *respondet Latino* A. 𐌰𐌳𐌰𐌼, Adam; *Luc.* III, 38. 𐌰𐍄𐍄𐌰 𐌿𐌽𐍃𐌰𐍂 𐌰𐌱𐍂𐌰𐌷𐌰𐌼 𐌹̈𐍃𐍄: Pater noster Abraham est; *Joh.* VIII, 39. 𐌰𐍆𐌲𐍂𐌿𐌽𐌳𐌹𐌸𐌰, Abyssum; *Luc.* VIII, 31. 𐌰𐌹𐌷 𐍅𐌰𐌻𐌳𐌿𐍆𐌽𐌹: Habeo potestatem; *Joh.* XIX, 10. 𐌰𐌹𐌲𐌹𐌽𐌹𐍃 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌹𐍃 𐍃𐌰 𐌷𐌰𐌻𐌱𐌰𐍄𐌰: Bonorum meorum dimidium; *Luc.* XIX, 8. 𐌰𐌹𐌺𐌿 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃:

Legationem mittens; *Luc.* XIV, 32. 𐌰𐌹𐍂 𐌿𐌷𐍄𐍅𐍉𐌽 𐌿𐍃𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐌳𐍃: Diluculo valdè surgens; *Marc.* I, 35. 𐌰𐌺𐍂𐍃 𐌱𐌻𐍉𐌸𐌹𐍃: Ager sanguinis; *Matth.* XXVII, 8. 𐌰𐍄 𐌹̈𐍃𐍄 𐌰𐍃𐌰𐌽𐍃: Adest messis; *Marc.* IV, 29.

𐌱 *respondet Latino* B. 𐌱𐌰𐍂𐌰𐌱𐌱𐌰𐍃, Barabbas; *Marc.* XV, 7. 𐌱𐌰𐌹-𐌰𐌹𐌻𐌶𐌰𐌱𐌿𐌻, Beëlzebul; *Matth.* X, 25. 𐌱𐌰𐌲𐌼𐍃 𐌿𐌱𐌹𐌻𐌰: Arbor mala; *Matth.* VII, 17. 𐌱𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽: Ferre fructum; *Joh.* XV, 4. 𐌱𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽, Parere; *Luc.* I, 57. 𐌱𐌰𐍂𐌼, Gremium, sinus; *Luc.* VI, 38. 𐌱𐌰𐍂𐌽, Puer; *Luc.* I, 8. 𐌱𐌰𐌿𐍂𐌲𐍃, Civitas; *Matth.* V, 35. 𐌱𐌹𐌲𐌹-𐍄𐌰𐌽𐌳𐍃 𐍅𐌰𐍂𐌸: Inventus est: *Luc.* XV, 24. 𐌱𐌹𐌳𐌾𐌰𐌽, Orare; *Matth.* VI, 5. 𐌱𐌻𐌹𐌽𐌳𐍃, Cœcus; *Joh.* IX, 20. 𐌱𐍂𐌹𐌲𐌲𐌰𐌽, Adducere; *Joh.* X, 16. 𐌱𐍂𐌿𐌽𐌽𐌰 𐌱𐌻𐍉𐌸𐌹𐍃: Fons sanguinis; *Marc.* V, 29.

𐌲 *respondet Græco* Γ *& figurâ & potestate, sicuti videre est in* 𐌲𐌰𐌹𐌰𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽, Gehennam; *Matth.* V, 29. 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌻𐌰𐌹𐌰, Galilæa; *Marc.* I, 39. 𐌲𐌰𐌶𐌰𐌿𐍆𐍅𐌻𐌰𐌺𐌹𐍉, Gazophylacio; *Joh.* VIII, 20. 𐌱𐌰𐌿𐌰𐌹𐌽𐌰𐌹𐍂-𐌲𐌰𐌹𐍃, Boanerges; *Marc.* III, 17. 𐌰𐌲𐌲𐌹𐌻𐌿𐍃 𐌲𐌰𐌱𐍂𐌹𐌴𐌻: Angelus Gabriël; *Luc.* I, 26. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽, Ambulare; *Joh.* VII, 1. 𐌲𐌰𐍂𐌳𐍃, Domus; *Marc.* III, 25. 𐌲𐌰𐌿𐍂𐌰𐌹, Tristes; *Matth.* VI, 16. 𐌲𐍉𐌳𐍃, Bonus, benignus; *Luc.* VI, 32. 𐌲𐍉𐌳𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐍃, Nobilis; *Luc.* XIX, 12. 𐌲𐍂𐌴𐌹-𐍀𐌰𐌽, Comprehendere; *Marc.* XIV, 48. 𐌲𐍂𐌴𐍄𐌰𐌽, Flere; *Luc.* VI, 25. 𐌲𐌿𐌳𐌾𐌹, Sacerdos; *Luc.* I, 5. *Videtur autem hoc* 𐌲 *in Gothico alphabeto occupare locum quem* C *tenet in alphabeto Latino, propter singularem affinitatem literarem* C, G, K. *unde proprium nomen* Cajus *vel Gajus, Græcis est* Κάϊος. *Græcum quoque* κράββατος *Latinis est* Grabatum, *&c.*

𐌳 *respondet Latino* D. *ita* 𐌳𐌰𐍅𐌴𐌹𐌳 *est* David; *Marc.* XII, 36. 𐌳𐌰𐌹-𐌼𐍉𐌽𐌰𐍂𐌾𐍉𐍃, Dæmonia habentes; *Matth.* VIII, 28. 𐌳𐌹𐌰𐌱𐌿𐌻𐌰𐌿𐍃, Diabolus; *Luc.* IV, 3. 𐌳𐌹𐌳𐌹𐌼𐌿𐍃, Didymus; *Joh.* XI, 16. 𐌳𐍂𐌰𐌺𐌼𐌰𐌽𐍃, Drachmæ; *Luc.* XV, 8. 𐌳𐌰𐌲𐍃, Dies; *Joh.* IX, 4. 𐌳𐌰𐌿𐌷𐍄𐌰𐍂, Filia; *Matth.* IX, 18. 𐌳𐌰𐌿𐍀𐌴𐌹𐌽𐍃, Baptismus; *Luc.* XX, 4. 𐌳𐌰𐌿𐍂, Ostium; *Joh.* X, 7. 𐌳𐌰𐌿𐌸𐍃, Mortuus; *Marc.* IX, 26. 𐌳𐍉𐌼𐌾𐌰𐌽 𐍃𐌹𐌺 𐌿𐍃-𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰𐌽𐌰: Justificare semet ipsum; *Luc.* X, 29. 𐌳𐍂𐌰𐌲𐌲𐌺, Potus; *Joh.* VI, 55. 𐌳𐍂𐌰𐌿𐌷𐍃𐌽𐍉𐍃, Fragmenta; *Joh.* VI, 12. 𐌳𐍂𐌹𐌲𐌲𐌺𐌰𐌽, Bibere; *Marc.* X, 38. 𐌳𐍂𐌹𐌿𐍃𐌰𐌽, Cadere; *Luc.* XVI, 17. 𐌳𐌿𐌻𐌸𐍃, Festus dies; *Joh.* VI, 4. 𐌳𐌿𐌼𐌱𐍃, Mutus; *Luc.* I, 22.

𐌴 *respondet Latino* E. *ita* 𐌴𐍃𐌰𐌹̈𐌰𐍃 *est* Esaïas; *Marci* VII, 6. *&, quod mirere, constanter eandem ubique scripturam retinet Argenteus codex quotiescunque*

hujus

Digitized by Google

hujus prophetæ nomen occurrit: nam in aliis nominibus propriis ab E *inchoantibus, Gothi vel præmittunt* h, *vel* E *mutant in diphthongum* ΑΙ. *unde quoque* Elias *eidem codici est* hΑΙΛΙΑS *Lucæ* IX, 8. *ac passim alibi. at pro* Helisæus *Lucæ* IV, 27. *scribitur* hΑΙΛΕΙSΑΝΑ: *pro* Elisabeth *Lucæ capite Primo pluries scribitur* ΑΙΛΕΙSΑΒΑΙΨ: *in illâ denique genealogiâ quam D. Lucas habet capite Tertio manifesta passim Gothici hujus idiotismi vestigia elucent in* ΑΙΝΩS. ΑΙΝΩΚ. ΑΙΒΑΙΚ, *pro* Ἐνὼς, Ἐνὼχ, Ἐβὲρ, *&c. Declinavit nempe mascula gens illud grandioris ac sonoræ pronuntiationis vitium, quod ob frequentiorem tenuis literæ concursum* πλατειασμὸν *vocabant Grammatici veteres. Neque tantùm in propriis nominibus* ΑΙ *pro* E *substituerunt Gothi, verùm etiam in compluribus nominibus substantivis ac verbis retinuerunt* Α *loco illius* E *quod Anglosaxonibus perfamiliare. Ita* ΑΓΓΙΛΟS *dixere pro Anglosaxonico* enᵹel, Angelus. ΑΓΙS *pro* eᵹe, Timor. ΑΛΕΨΕ *pro* ele, Oleum. ΑΝΔΒΑhΤS *pro* embihtmon, Minister. ΑΝΔΕΙS *pro* ende, Finis. ΑΚΙΑΝ *pro* erian, Arare. ΑSΝΕΙS *pro* erne, Mercenarius, *&c.*

F *respondet Latino* F *vel* PH. *ita* FΑΛΑΙΓ *est* Phaleg; *Luc.* III, 35. FΑΝΝΕΛ, Phanuël; *Luc.* II, 36. FΑΚΕΙSΑΙΟS, Pharisæus; *Luc.* XVIII, 10. FΙΛΙΠΠΟS, Philippus; *Joh.* VI, 7. FΑΓΙΝΩ, Gaudeo; *Joh.* XI, 15. FΑΓΚ ΪST: Utile est, conducit; *Luc.* XIV, 35. FΑΙhΟ, Divitiæ, possessiones; *Marc.* X, 22. FΑΙΚΓΟΝGΕ, Mons; *Luc.* III, 5. FΑΝ, Dominus; *Matth.* X, 25. FΕΚGΑΝS, Insidiatores; *Luc.* XX, 20. FΙGΑΝ, Odisse; *Joh.* VII, 7. FΙΛhΑΝ. ΓΑFΙΛhΑΝ, Sepelire; *Matth.* VIII, 21 & 22 FΙΛΙΓΚΑ ΨΑΙΔΕΔGΙΝS: Spelunca latronum; *Marc.* XI, 17. FΩΝ, Ignis; *Marc.* IX, 44.

G *licet in plurimis Argentei codicis locis videri possit idem olim sonuisse quod tertium hujus Alphabeti elementum, frequenter tamen crediderim enuntiatum ut* J *consonum; quomodo & ipsum* G *ante* E *vel* I *pronuntiant Franco-Galli. neque enim fortè temerè factum dixerim, quòd Argenteo codici* GΩΤΑ *est* ἰῶτα. *Matth.* V, 8. ΑΙΨΑΓΓΕΛGΩ, εὐαγγέλιον. *Marc.* I, 1. GΟΔΑΙΕΙ, Ἰουδαῖοι. *Joh.* XI, 45. GΟΔΑS, Ἰούδας. *Joh.* XII, 4. GΑΕΙΚΟS, Ἰάειρος. *Marc.* V, 22. GΑΝΝΙΝS, Ἰαννά. *Luc.* III, 24. ÏSΚΑΚGΩΤΕS, Ἰσκαριώτης. *Joh.* XIV, 22. ΚΑGΑFΑS, Καϊάφας. *Joh.* XVIII, 14. ΜΑΚGΑ, Μαρία. *Marc.* XVI, 1. ΑSSΑΚGΑΝ, ἀσσαρίου. *Matth.* X, 29. SΚΑΟΚΟGΩΝΩ, σκορπιῶν. *Luc.* X, 19. *Quibus adde quòd passim obviam terminationem Infinitivorum Gothicorum in* GΑΝ *desinentium Anglosaxones plerumque mutant in* ian: *cujus rei exempla passim occurrent Anglosaxonica monumenta non nisi leviter ac*

Digitized by Google

primis tantùm labiis delibantibus.

𐌷 *respondet Latino* H. *ita* 𐌷𐌴𐌻𐌴𐌹 *est* Heli; *Luc.* III, 23. 𐌷𐌴𐍂, Her; *Luc.* III, 28. 𐌷𐌴𐍂𐍉𐌳𐌴𐍃 𐍃𐌰 𐍄𐌰𐌹𐍄𐍂𐌰𐍂𐌺𐌴𐍃: Herodes tetrarcha; *Luc.* III, 19. *Adspirationem interim omittunt Gothi in isthac solemnis acclamationis formulâ quam, servatâ voce Hebræâ,* Hosanna *dicunt Euangelistæ: legas enim Marci* XI, 9. 𐍉𐍃𐌰𐌽𐌽𐌰 *pro* ὡσαννά. *Minimè tamen eos ab hac adspiratâ literâ abhorruisse discimus ex immensâ copiâ vocabulorum ab eâ inchoantium, adeò quidem ut eam quoque consonantibus* 𐌻. 𐌽. 𐍂. *juxta patriæ consuetudinis usum præmiserint: ita* 𐌷𐌻𐌰𐌷𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 *sunt* Ridentes; *Luc.* VI, 25. 𐌷𐌻𐌰𐌹𐌱𐍃 *vel* 𐌷𐌻𐌰𐌹𐍆𐍃, Panis; *Luc.* IV, 3. *Joh.* VI, 33 *&* 35. 𐌷𐌻𐌰𐌹𐌽𐌴, Collis; *Luc.* III, 5. 𐌷𐌻𐌰𐌹𐍅𐌰, Monumentum sepulchrale; *Matth.* XXVII, 60. 𐌷𐌻𐌰𐌿𐍀𐌰𐌽𐌳𐍃. 𐌿𐍃𐌷𐌻𐌰𐌿𐍀𐌰𐌽𐌳𐍃, Exiliens; *Marc.* X, 50. 𐌷𐌻𐌰𐌿𐍄𐍃, Sors; *Luc.* I, 9. 𐌷𐌻𐌴𐌹𐌱𐌹𐌳𐌰, Suscepit; *Luc.* I, 54. 𐌷𐌻𐌴𐌹𐌳𐌿𐌼𐌴𐌹, Sinistra; *Matth.* VI, 3. 𐌷𐌻𐌴𐌸𐍂𐌰𐍃𐍄𐌰𐌺𐌴𐌹𐌽𐍃, Scenopegia; *Joh.* VII, 2. 𐌷𐌻𐌹𐍆𐍄𐌿𐍃, Fur; *Joh.* X, 1. 𐌷𐌻𐌹𐌾𐌰𐌽𐍃 𐌸𐍂𐌹𐌽𐍃: Tabernacula tria; *Marc.* IX, 5. 𐌷𐌻𐌹𐌿𐌼𐌰𐌽𐍃, Aures; *Marc.* VII, 35. 𐌷𐌽𐌰𐌹𐍅𐌴𐌹𐌸 𐍃𐌹𐌺 𐍃𐌹𐌻𐌱𐌰: Humiliat se ipsum; *Luc.* XVIII, 14. 𐌷𐌽𐌰𐍃𐌵𐌾𐌰𐌹𐌼 𐍅𐌰𐍃𐍄𐌾𐍉𐌼: Mollibus vestimentis; *Luc.* VII, 25. 𐌷𐌽𐌴𐌹𐍅𐌰𐌽, Declinare; *Luc.* IX, 12. 𐌷𐍂𐌰𐌹𐌽𐍃, Mundus, purus; *Matth.* VIII, 3. 𐌷𐍂𐌰𐌹𐍅𐌰 𐌳𐌿𐌱𐍉𐌽𐍉 𐌲𐌰𐌾𐌿𐌺: Turturum par; *Luc.* II, 24. 𐌷𐍂𐌰𐌼𐌾𐌹𐌸, Crucifigite; *Joh.* XIX, 6. 𐌷𐍂𐍉𐍀𐌾𐌰𐌽, Clamare; *Marc.* X, 47. 𐌷𐍂𐍉𐍄, Tectum; *Matth.* VIII, 8. 𐌷𐍂𐌿𐌲𐌲𐌰, Virgam; *Marc.* VI, 8. 𐌷𐍂𐌿𐌺𐌹𐌳𐌰 𐌷𐌰𐌽𐌰: Cantavit gallus; *Matth.* XXVI, 74. *Sed video me, pulchrâ quadam specie antiquitatis captum, ulteriùs processisse quàm instituti nostri ratio postulat; eoq; parciùs posthac istiusmodi exemplis insistam.*

𐌹̈ *vel* 𐌹 *referunt* Latinum I. *Sed prius illud* 𐌹̈, *gemino in vertice puncto conspicuum, est litera initialis vel ipsius vocis, vel novæ in mediâ voce syllabæ: alterum verò* 𐌹, *in medio vel fine vocabulorum occurrens nullisq; supernotatum punctis, putandum est ad præcedentem aliquam Consonam vel Diphthongum arctè adeò adhærere, ut novæ syllabæ principium esse nequeat. Exempli gratiâ: Cum divus humani generis Sospitator dicit Johannis* XV, 1; 𐌹̈𐌺 𐌹̈𐌼 𐍅𐌴𐌹𐌽𐌰𐍄𐍂𐌹𐌿 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐍃𐌿𐌽𐌾𐌴𐌹𐌽𐍉: Ego sum vitis illa vera; *prioris* 𐌹̈ *exempla præbent duo prima monosyllaba* 𐌹̈𐌺 𐌹̈𐌼. *alterius verò* 𐌹 *exempla tria suppeditant tertium quintumq; hujus periodi vocabulum: & bis quidem pertinet ad Diphthongum* 𐌴𐌹, *semel autem innexum est mediæ syllabæ* 𐍄𐍂𐌹𐌿. *Ac punctati quidem* 𐌹̈ *plurima passim exempla in singulis ferè Argentei codicis paginis occurrunt, & valdè conspicuum est quotiescunque in primâ*

Digitized by Google

primâ vocabulorum fronte collocatur: medii verò, quod rariùs occurrit ac minùs emicat, exempla sunt 𐌰𐍆𐌳𐌰𐌿𐌹̈𐌳𐌰𐌹, Vexati; *Matth.* IX, 36. 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹̈𐌼, Omnium; *Luc. IV*, 20. 𐍈𐌰𐌹̈𐌶𐌴, Qui; *Marc.* IX, 1. 𐌲𐌰𐌹̈𐌱𐌽𐌾𐌰𐌽𐌳 𐌸𐌿𐌺 𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰𐌹: Æquabunt te solo; *Luc.* XIX, 44. 𐌲𐌰𐌹̈𐌳𐌳𐌾𐌰 𐍃𐌹𐌺 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹: Convenit turba; *Marc. III*, 20. 𐌰𐍄𐌹̈𐌳𐌳𐌾𐌰 𐌳𐌰𐌻𐌰𐌸: Descendit; *Matth. VII*, 25. 𐌿𐍃𐌹̈𐌳𐌳𐌾𐌰, Abiit, exivit; *Marc. II*, 12. 𐌴𐍃𐌰𐌹̈𐌰𐍃, Esaïas; *Marc. VII*, 6. 𐌵𐌹𐌸𐌹𐌸 𐌳𐌿 𐌰𐌽𐌳𐍂𐌰𐌹𐌹̈𐌽: Dicit Andreæ; *Joh. XII*, 22. 𐌴𐍃𐌰𐌴𐌹𐌹̈𐌽𐍃, Esaïæ; *Joh.* XII, 38. 𐌷𐌰𐌹𐌻𐌴𐌹𐌹̈𐌽𐍃, Eliæ; *Luc. I*, 17. *Sed quoniam in duobus hisce Genitivis ingrato quodam hiatu concursus* I *geminati offendit aures, interposito* 𐌾 *duritiem hanc emollire studuerunt. unde* 𐌰𐌱𐌹𐌾𐌹𐌽𐍃 *pro Genitivo* Abiæ *occurrit Lucæ* I, 5. *imò & pro Dativo* Eliæ *legas* 𐌷𐌴𐌻𐌹𐌾𐌹𐌽 *Marci IX*, 5. *& Lucæ* IX, 33. *Quod verò hanc literæ* 𐌹̈ *punctationem à Græcis desumpserint Gothi, comprehendimus ex communi receptoq; scribendi usu quo etiamnum hodie* γραΐς *est* Anus. δαΐς, Fax, tæda. δμωΐς, Famula. οΐς, Ovis. πρωΐ, Manè, *&c. nam longè se olim latiùs extendisse hanc punctandi rationem ostendunt propinqui mei Isaaci Vossii perantiquæ membranæ Glossarii Græcolatini, capitalibus Græcis literis exarati, in quibus* ΪΛΗΘΥΪΑ *exponitur* Nixa. ΝΗΡΕΪΔΕΣ, Veneriæ. ΪΣΙΣ, Isis. ΪΔΡΩΣ, Sudor. ΪΕΡΕΥΣ, Sacerdos. ΪΕΡΟΜΝΗΜΟΝ, Pontifex. ΪΚΤΕΡΟΣ, Aurugo. ΪΠΠΟΪΑΤΡΟΣ, Mulomedicus. ΪΣΟΣ, Æqualis. ΪΣΤΙΑ, Vela. ΪΧΝΟΣ, Vestigium. ΪΧΘΥΕΣ, Pisces. ΜΗΤΡΥΪΑ, Noberca. ΜΥΪΑ, Musca. ΟΪΣΤΟΣ, Sagitta. ΥΪΟΣ, Filius, *&c.*

𐌺 *respondet Latino atque Anglosaxonico* C. *Omnes etenim voces quas Anglosaxones passim à* C, *rarissimè verò à* K *incboant, Gothi semper scribunt per* 𐌺. *ita* 𐌺𐌰𐌹𐍃𐌰𐍂 *codici Argenteo Lucæ II*, 1. *est* Cæsar. *item* 𐌺𐌰𐌹𐍃𐌰𐍂𐌹𐌰, Cæsarea; *Marc. VIII*, 27. 𐌺𐌰𐌽𐌰𐌽𐌴𐌹𐍄𐌴𐍃, Cananæus; *Marc. III*, 18. 𐌺𐌰𐍆𐌰𐍂𐌽𐌰𐌿𐌼, Capharnaum; *Matth.* XI, 23. 𐌺𐍅𐍂𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹𐌿𐌼, Cyrenæum; *Marc.* XV, 21. 𐌺𐌰𐌾𐌰𐍆𐌰𐍃, Caïphas; *Joh. XVIII*, 14. 𐌺𐌰𐌹𐌳𐍂𐍉𐌽 𐌸𐍇 𐌺𐌹𐌽𐌽𐍉𐌽, Cedrum torrentem; *Joh. XVIII*, 1. *ita denique Anglosaxonicum* cara *est* 𐌺𐌰𐍂, Cura, sollicitudo. carcern *est* 𐌺𐌰𐍂𐌺𐌰𐍂, Carcer. cann *est* 𐌺𐌰𐌽𐌽, Novi, scio. ceac *est* 𐌺𐌰𐌿𐌺, Urceus. ceald *est* 𐌺𐌰𐌻𐌳, Frigus, frigidus. ceapian *est* 𐌺𐌰𐌿𐍀𐍉𐌽, Negotiari. cinn *est* 𐌺𐌹𐌽𐌽, Mentum. cynn *est* 𐌺𐌿𐌽𐌽, Genus, generatio. cyssan *est* 𐌺𐌿𐌺𐌾𐌰𐌽, Osculari. cytel *est* 𐌺𐌰𐍄𐌹𐌻, Cacabus. cneow *est* 𐌺𐌽𐌹𐍅, Genu. corn *est* 𐌺𐌰𐌿𐍂𐌽𐍉, Granum. cuð *est* 𐌺𐌿𐌽𐌸𐍃, Notus.

𐌻 *& figurâ refert capitalem illam Græcorum literam quam* λάμβδα *nuncupant; ac potestate respondet eidem* Λ *& Latino* L. *Argenteo itaque codici* 𐌻𐌰𐌹𐍅𐍅𐌹 *est* Levi;

Digitized by Google

Levi; *Marc. II*, 14. ΛΑΙΓΑΙϘΝ, Legio; *Marc.* V, 9. ΛΑΜΑΙΚ, Lamech; *Luc. III*, 36. ΛΑΖΑΚnS, Lazarus; *Joh. XII*, 1. ΛϘꝺ, Lot; *Luc. XVII*, 29. ΛΥSΑΝΙΑn, Lysaniâ. *Luc. III*, 1. ΛΑnϜ, Folia; *Marc. XI*, 13. ΛΑnΝ, Merces; *Matth. VI*, 1. ΛΘΙΚ, Corpus; *Matth.* V, 29. ΛΘΙΤΙΛ, Pusillus; *Luc.* XIX, 3. ΛΙΒΑΙΝS, Vita; *Joh.* XIV, 6. ΛΙΓΚ, Lectus; *Matth.* IX, 2. ΛΙnΒΑ, Dilectus; *Marc.* I, 11. ΛΙnΓΝ, Mendacium; *Joh. VIII*, 44. ΛΙnhΑψ, Lux, lumen; *Joh.* VIII, 12. ΛnΚΑΚΝ, Lucerna; *Matth.* VI, 22. ΛnSΤϚnS, Concupiscentiæ, *Marc.* IV, 19.

Μ *respondet Latino* M. ΜΑΛΘΙΛΙΘΑ, Malaleël; *Luc.* III, 37. ΜΑΛΚnS, Malchus; *Joh.* XVIII, 10. ΜΑΚϚΑ SϘ ΜΑΓꝺΑΛΘΝΘ: Maria Magdalene; *Matth.* XXVII, 56. ΜΑΚψΑ, Martha; *Joh.* XI, 20. ΜΑψψΑΙn, Matthæum; *Matth.* IX, 9. ΜϘSΘS, Moses; *Matth.* VIII, 4. ΜΑΓΑψ, Virgo; *Luc.* I, 27. ΜΑΓϚΑn, Possum; *Matth.* IX, 28. ΜΑΓnΛΑ, Puerulus; *Joh.* VI, 9. ΜΑΓnS, Puer; *Luc.* II, 43. ΜΑhΤS, Potentia; *Matth.* VI, 13. ΜΑΛΜ, Arena; *Matth.* VII, 26. ΜΑΜΜϘΝΙΝ SΚΑΛΚΙΝϘΝ: Mammonæ servire; *Matth.* VI, 24. ΜΑΝΝΑ ΜΑΤΙꝺΘꝺΑnΝ: Manna manducaverunt; *Joh.* VI, 31. ΜΑΝΝΑ, Homo; *Luc.* XX, 9. ΜΑΥΙ, Puella; *Luc.* VIII, 54. &c.

Ν *respondet Latino* N. ΝΑΘΝ *est* Naïn; *Luc.* VII, 11. ΝΑΙΜΑΝ SΑ SΑnΚ: Naaman Syrus; *Luc.* IV, 37. ΝΑΚϘΚ, Nachor; *Luc.* III, 34. ΝΑψΑΝ, Nathan; *Luc.* III, 31. ΝΑnΘΛ, Noë; *Luc.* XVII, 26. ΝΑΖΑΚΑΙψ, Nazareth; *Marc.* I, 9. ΝΑΖϘΚΑΙnS, Nazaræus; *Marc.* X, 47. ΝΙΚΑnꝺΘΜnS, Nicodemus; *Joh.* VII, 50. ΝΑΑΤ, Commissura vestis; *Luc.* V, 36. ΝΑhΤS, Nox, *Joh.* IX, 4. ΝΑΜϘ, Nomen; *Matth.* VI, 9. ΝΑΚꝺΑΝSΠΙSΤΙΚΘΙΝΙS ΒΑΛSΑΝΙS ΠnΝꝺ: Nardipistici unguenti libram; *Joh.* XII, 3. ΝΑSϚΑΝꝺ, Salvator; *Luc.* II, 11. ΝΑΤΙ, Rete; *Marc.* I, 16. ΝΑUΑψS, Nudus; *Marc.* XIV, 52. ΝΑnS, Mortuus; *Luc.* VII, 12. &c.

Ϙ *nunquam non respondet* O *Latino, sive sit Interjectio & solitariè ponatur, sive sit initialis litera Propriæ alicujus vel Appellativæ vocis. Interjectio* Ϙ *aliquando significat Indignationem, exprimitq; Græcum* ὦ. *ut* Ϙ ΚΝΝΝΙ ΠnΓΛΑΑnΒϚΑΝꝺϘ: O generatio incredula; *Marc.* IX, 19. *Aliquando verò denotat Insultationem irrisionemq;, ac pro* οὐὰ *usurpatur.* Ϙ SΑ ΓΑΤΑΙΚΑΝꝺS ψϘ ΑΛh: Vah qui destruis templum; *Marc.* XV, 29. *Initiale verò* Ϙ *similiter valere*

Digitized by Google

lere O Latinum, *discimus ex sequentibus*. 𐍉𐌱𐌴𐌹𐌳 *est* Obed; *Luc.* III, 32. 𐍉𐍃𐌰𐌽𐌽𐌰 𐌹̈𐌽 𐌷𐌰𐌿𐌷𐌹𐍃𐍄𐌾𐌰𐌼: Hosanna in excelsis; *Marc.* XI, 10. 𐍉𐌲𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌲𐌿𐌸: Timens Deum; *Luc.* XVIII, 2. *Ut ut verò vetustissimi Gothorum innumeras voces concinnè satis in* 𐍉 *terminaverint (quam eorum terminationem exinde retinuerunt Theotisci, ac secuti sunt Hispani atq; Itali) videntur tamen ipsum illud* 𐍉, *ut obscurum nimis, rarissimè in vocabulorum initiis adhibuisse, & initiale* 𐍉 *juxta aversati atque* 𐌴. *nam, sicuti supra monuimus, omnia ferè vocabula Anglosaxonica,* 𐌴 *initiale habentia, Gothis ut plurimùm ab* 𐌰 *vel* 𐌰𐌹 *inchoari; ita quoque hoc in loco monendum iisdem Gothis ubique ferè* 𐌿; *sæpiùs tamen* 𐌰𐌿 *usurpari pro initiali* O *Anglosaxonico. Ita Anglosaxonum* oꝼeꞃ, Supra, *Argenteo codici est* 𐌿𐍆𐌰𐍂. oꝼt, Sæpè, *est* 𐌿𐍆𐍄𐍉. olꝼenꝺ, Camelus, *est* 𐌿𐌻𐌱𐌰𐌽𐌳. *At* 𐌰𐌿 *habes in* 𐌰𐌿𐌷𐌽 *pro* oꝼn, Clibanus, fornax. 𐌰𐌿𐌷𐍃 *pro* ox, Bos. 𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌴 *pro* oꞃc, Genus vasis. 𐌰𐌿𐍂𐍄𐌹𐌲𐌰𐍂𐌳𐍃 *pro* oꞃceaꞃꝺ *vel* oꞃcᵹẏꞃꝺ, Hortus, *&c.*

𐍀 *& figurâ refert capitalem illam literam Græcam quam* Pi *appellant, & potestate respondet eidem, sicuti & Latino* P. *unde Argenteo codici* 𐍀𐌰𐌹𐍄𐍂𐌿𐍃 *est* Petrus; *Marc.* III, 16. 𐍀𐌰𐌿𐌽𐍄𐌹𐌰𐌿 𐍀𐌴𐌹𐌻𐌰𐍄𐌰𐌿 𐌰𐌽𐌰𐍆𐌿𐌻𐌷𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰: Pontio Pilato tradiderunt eum; *Matth.* *XXVII*, 2. 𐍀𐌰𐍂𐌰𐌺𐌻𐌴𐍄𐌿𐍃, Paracletus; *Joh.* *XIV*, 26. 𐍀𐌰𐍂𐌰𐍃𐌺𐌰𐌹𐍅𐌴, Parasceve; *Marc.* *XV*, 42. 𐍀𐌰𐍃𐌺𐌰, Pascha; *Luc.* II, 41. 𐍀𐍂𐌰𐌿𐍆𐌴𐍄𐌴𐍃, Propheta; *Marc.* VI, 15. 𐍀𐌰𐌿𐍂𐍀𐌰𐌿𐍂𐌰𐌹 𐌾𐌰𐌷 𐌱𐌿𐍃𐍃𐌰𐌿𐌼 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌳𐍃 𐍅𐌰𐍃: Purpurâ & bysso induebatur; *Luc.* XVI, 19. 𐍀𐌿𐌽𐌳 𐌱𐌰𐌻𐍃𐌰𐌽𐌹𐍃 𐍆𐌹𐌻𐌿𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌹𐍃: Libram unguenti pretiosi; *Joh.* XII, 3.

𐌵 *putatur exprimere illud* Q *quod Græci ignorant, & cujus loco Anglosaxones plurimùm usurpant* cƿ. *ita* cƿacian *iis est* Tremere. cƿealm, Pestilentia, lues. cƿen, Mulier. cƿencan, Extinguere. cƿeoꞃn *vel* cƿẏꞃn, Mola. cƿeðan, Dicere, loqui. cƿıc, Vivus. cƿınan, Tabescere, *&c. quorum pleraque Cimbri exprimunt per* ƿ𐌿. *Latini, Franci, Franco-Galli, Itali, Hispani, Angli, Dani, superiores atq; inferiores Germani utuntur literâ* 𝔔 *ante* 𝔙, *fatenturq; potestatem duarum literarum* ℭ *&* 𝔙, *vel (quod eodem recidit)* 𝔎 *&* 𝔙 *complecti. Quamobrem quoque viri longè doctissimi censent perperam scribi* Quis, quia, quum, *pro* Qis, qia, qum: *supervacuum enim putant* V *adscribere literæ ipsum illud* V *comprehendenti; nisi fortè sequatur adhuc* V *alterum. Cæterùm nos hæc aliis discutienda relinquimus; contenti hoc in loco monuisse, quomodo Latinum* Qu *in Novo fœdere soleat reddi.* Quadrans *nimirum est* κοδράντης Matth. *V*, 26. *sicuti &* Marc. *XII*, 42. Quartus, *nomen proprium est* Κούαρτος, *Rom.* *XVI*, 23. *Plura id genus*

Digitized by Google

genus in scriptoribus Græcis passim occurrunt, quæ referre supersedeo. Utrum verò Gothicum Θ *omni ex parte respondeat literæ* Q, *nondum satis mihi liquet; quoniam Argenteus codex non pauca legenti suppeditat vocabula quæ huic literæ non tam videntur tribuere duriorem illum sonum quem* Q *habet, quàm leniorem aliquam adspirationem qualis deprehenditur in Anglosaxonico* hƿ, *vel Anglico* **wh**. *Ita pro* ΔΛΓΛΘΛΜΜΕh, Quotidie, *Anglosaxones dicunt* dæᵹhƿamlice. *atque ubi Argenteus codex Lucæ XIX, 47 habet,* ΥΛS ΛΛISGΛNΔS ΔΛΓΛ-ΘΛΜΜΕh ÏN ψIZΛI ΛΛh: Erat docens quotidie in templo; *legas in translatione Anglosaxonicâ,* he ƿæs dæᵹhƿamlice on ðam temple læꞃende; *Pro* ΘΛN, Quando, *Anglosaxones* hƿænne *dicunt, Angli* **when**. *atque ubi Lucæ XVII, 20 legimus* FKΛIhΛNΔS ψΛN FKΛM FΛKEISΛINM. ΘΛN UIMIψ ψINΔ ΛNΓΛKΔI ΓΧψS: Interrogatus autem à Pharisæis, Quando venit regnum Dei? *Anglosaxonica versio habet,* Ða acsodon hine ða Farisei hƿænne Godes rice come. *Anglica,* **Then demanded of him the Pharisees when the kingdom of God should come**. *Pro* ΘΛK, Ubi, *Anglosaxones* hƿær, *Angli* **where** *dicunt. unde illud Argentei codicis Lucæ* XVII, 17; ψΛI NINN ΘΛK, Novem ubi? *Anglosaxonica translatio reddit,* hƿær synd ða nigone. *Anglica,* **Where are the nine?** *Pro* ΘΛψΛK, Quid *vel* Utrum, *de duobus, Anglosaxones* hƿæðer *dicunt, Angli* **whether**. *unde Lucæ* V, 23; ΘΛψΛK ÏST ΛZETIZΧ UIψΛN: Quid est faciliùs dicere? *Anglosax.* hƿæðer is eðre to cweðenne. *Angl.* **Whether is easier to say?** *Pro* ΘI-ΛEIKS, Quis, qualis, *quod habet Argenteus codex Matth.* VIII, 27; *Anglosaxones dicunt* hƿilc. *Angli* **which**. *Pro* ΘΛIT, Frumentum, *Anglosaxones dicunt* hƿæt. *Angli* **wheat**. *Ita Johannis* XII, 24; ΘΛITEIS KΛNKNΧ, Frumenti granum, *in translatione Anglosaxonicâ redditur* hƿætene corn. *in Anglicâ,* **wheat corn**. *Pro* ΘEITΛ, Albus, *quod occurrit Lucæ* IX, 29. *Anglosaxones dicunt* hƿit *vel* hƿita. *Angli* **white**. *Scoti (quod etiam huc facere videtur)* **quhyte** *scribunt. Ita Gawinus Douglas episcopus Dunkellensis, uberrimi vir ingenii, in prologo* IX *Æneid. translationis illius Virgilianæ quam edidit anno* MDLII. **The black craw thinkis his awin birdis quhyte**. *Iidem quoque Scoti pro Anglosaxonico* hƿelp, Catulus, *scribunt* **quhalp**. *pro* hƿiðer, Quò? **quhether**. *pro* hƿær, Ubi, **quhair**. *pro* hƿæt, Quid? **quhat**. *pro* hƿile, Dum, **quhile**. *pro* hƿy, Quare? **quhy**. *pro* hƿilc, Qualis? **quhilk**, *&c.* *Pro* ΘEIΛΛ, Hora, spatium temporis, *quod passim habet Argenteus codex, Anglosaxones dicunt* hƿile. *Angli* **while**. *Unde eidem quoque codici Argenteo Marci* IV, 17 ΘEIΛΛΘΛIKBΛI *vocantur* Temporales, *i. e. ad tempus tantùm credentes. Anglosaxonicæ versioni isthoc in loco* unstaðolfæste, *alibi verò*

hƿil-

Digitized by Google

hpilpenblice *dicuntur. atque ut* hpilpenblic *istud est à* hpil, Momentum temporis, *&* penban, Mutari, unde veneras redire: *ita quoque* ⊙ЄΙΛΛΚΛΙΚΒΛΙ *dicti à præcedente* ⊙ЄΙΛΛ, *& illo* ⊙ΛΚΒΛΝ *vel* ⊙ΛΙΚΒΛΝ *quod Argenteo codici est* Ire, præterire, transire. *& pro quo Anglosaxones* hpeoppan *vel* hpyppan, *Theotisci* uuerben *vel* huuarben *dicunt. Ab eodem interim* ⊙ΛΚΒΛΝ *ipsi quoque posteriores Sueogothi (quod mihi hoc in loco palmarium est) deprehenduntur* Commune populi concilium warb *vel* warpþ *dixisse, & ipsi quoque priscam hanc literam in* W *commutantes. Omnino vide Glossarium in* ⊙ΛΙΚΒΛΝ. *Cæterùm ut hæc, meo quidem judicio, satis evincunt Gothicum* ⊙ *in vocabulorum initio leniorem olim habuisse pronuntiationem, ita quoque eundem ei sonum in medio vel fine vocabulorum tribuet, quisquis animum suum intendet in verbum* SΛΙ⊙ΛΝ *vel* ΓΛSΛΙ⊙ΛΝ, Videre, *sicuti & in ejus Præt. perf.* ΓΛSΛ⊙, Vidit, *quod occurrit Marc.* I, 10. *& Luc.* I, 22. *ubi Anglosaxonica translatio habet* geseah, *Theotisca* gisah. *Belgica denique* sach *vel* gesach. *neque enim leniorem hanc terminationem Præteriti perfecti servâssent idiomata ex vetustissimâ linguâ traducta, si finale illud* ⊙ *potestatem habuisset* Q *literæ, prout nunc eam pronuntiamus. Fortassè quoque antiquam literæ* Q *pronuntiationem vel potestatem nonnihil illustrat, quod Anglosaxonicum* cpic, Vivus *in glossis Alamannicis frequenter scribitur* quic/ quec/ chuich/ qhuecc/ *&c.* quicca se/ Animalia; *gl Lipsii.* quecselver/ Humectum, quod vulgo vocant Argentum vivum; *gl D*, 14. ar= chuicche/ Refoveat; *gl B*, 46. auur erquhichit/ Redivivum; *gl C*, 15. qhuec mardaro. fleisc quecchaz/ Caro viva; *gl B*, 11. *Plura his similia mox adferemus in literâ* U.

K *respondet Latino* R. ΚΛΒΒΛΝΝЄΙ, Rabboni; *Marc.* X, 51. ΚΛΒΒЄΙ ΚΛΒΒЄΙ, Rabbi Rabbi; *Marc.* XIV, 45. ΚΛΓΛΝ, Ragau; *Luc.* III, 35. ΚΛΓΙΝЄΙS ΓΝΔS, Decurio nobilis; *Marc.* XV, 53. ΚΛhΝЄΙΨ ΜΛΝΥΙ: Computat sumptus; *Luc.* XIV, 38. ΚΛhΝΙΨS ΥΛS ΜΙΨ ΝΝSΙΒGΛΙΜ: Reputatus est cum iniquis; *Marc.* XV, 28. ΚΛΙhΤΛΒΛ, Rectè; *Luc.* VII, 43. ΚΛΚΛ, ῥακά, Convitium in stuporem; *Matth.* V, 22. ΚΛSΤΛ ΛΙΝΛ: Miliare unum; *Matth.* V, 41. ΚΛΨΓЯΝ ΝSΓΙF: Rationem redde; *Luc.* XVI, 2. ΚΛΨΙΖЯ ÏSΤ: Facilius est; *Luc.* XVIII, 25. ΚΛΝΝGΛΝ ΛhSΛ: Vellere spicas; *Marc.* II, 2. ΚΛΝS, Arundo; *Luc.* VII, 24. ΚΛΖΔΛ, Loquela, sermo; *Matth.* XXVI, 73. ΚΛΖΝ, Domus; *Marc.* XI, 17. ΚΝFΛΝS ΛΤΤΛΝ: Rufi patrem; *Marc.* XV, 21.

S *respondet Latino* S. SΛΒΒΛΤЯ, Sabbatum; *Marc.* II, 17. SΛΜΛΚΙΛ,

Digitized by Google

𐍂𐌹𐌰, Samaria; *Luc.* XVII, 11. 𐍃𐌰𐍄𐌰𐌽𐌰𐍃, Satanas; *Marc.* III, 23. 𐍃𐌰𐌿𐌳𐌰𐌿𐌼𐌰, Sodoma; *Luc.* XVII, 29. 𐍃𐌰𐌿𐌻𐌰𐌿𐌼𐍉𐌽, Salomon; *Matth.* VI, 29. 𐍃𐌰𐌿𐍂, Syrus; *Luc.* IV, 27. 𐍃𐍀𐌰𐌹𐌺𐌿𐌻𐌰𐍄𐍉𐍂, Spiculator; *Marc.* VI, 27. 𐍃𐌹𐍉𐌽, Sion; *Joh.* XII, 15. 𐍃𐍅𐌼𐌰𐌹𐍉𐌽, Simeon; *Luc.* II, 25. 𐍃𐌰𐌳 𐌹̈𐍄𐌰𐌽: Implere ventrem; *Luc.* XV, 16. 𐍃𐌰𐌹𐌰𐌽, Serere; *Marc.* IV, 3. 𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌽, Videre; *Luc.* VII, 24. 𐍃𐌰𐌹𐍅𐌰𐌻𐌰, Anima; *Luc.* I, 46. 𐍃𐌰𐌻𐌱𐍉𐌽, Unguere; *Marc.* XIV, 8. 𐍃𐌰𐌻𐍄, Sal; *Marc.* IX, 15. 𐍃𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽, Mittere; *Luc.* XX, 11. 𐍃𐌰𐌿𐌽, Redemptio; *Luc.* X, 45. 𐍃𐌰𐌿𐍂𐌾𐌰, Dolor, triſtitia; *Joh.* XVI, 20. *&c.*

𐍄 *reſpondet Latino* T. 𐍄𐌰𐌹𐍄𐍂𐌰𐍂𐍂𐌴𐍃, Tetrarcha; *Luc.* IX, 7. 𐍄𐌰𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰, Talitha; *Marc.* V, 41. 𐍄𐌴𐌹𐌱𐌰𐌹𐍂𐌹𐌿𐍃, Tiberius; *Luc.* III, 1. 𐍄𐌰𐌲𐌻𐌰 𐌷𐌰𐌿𐌱𐌹𐌳𐌹𐍃: Capilli capitis; *Matth.* X, 30. 𐍄𐌰𐌲𐍂𐌹𐌳𐌰, Lachrymatus eſt; *Joh.* XI, 35. 𐍄𐌰𐌷𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌹̈𐌽𐌰: Diſcerpens eum; *Marc.* IX, 26. 𐍄𐌰𐌹𐌷𐍃𐍅𐍉, Dextra; *Matth.* VI, 3. 𐍄𐌰𐌹𐌺𐌽𐍃, Signum; *Luc.* II, 12. 𐍄𐌰𐌹𐌽𐍃, Palmes; *Joh.* XV, 4. 𐍄𐌰𐌻𐌶𐌾𐌰𐌽𐌳, Præceptor; *Luc.* V, 5. 𐍄𐌰𐌿𐌾𐌰𐌽, Agere, facere; *Matth.* VI, 1. *&c.*

𐌸 *reſpondet Latino* TH, *Græco* Θ, *Anglosaxonico* Ð. 𐌸𐌰𐌳𐌳𐌰𐌹𐌿𐍃, Thaddæus; *Marc.* III, 18. 𐌸𐌰𐌹𐌰𐌿𐍆𐌴𐌹𐌻𐌿𐍃, Theophilus; *Luc.* I, 3. 𐌸𐌰𐍂𐌹𐌽𐍃 𐍃𐌿𐌽𐌰𐌿𐍃: Tharæ filii; *Luc.* III, 34. 𐌸𐍉𐌼𐌰𐍃, Thomas; *Joh.* XI, 16. 𐌸𐍅𐌼𐌹𐌰𐌼𐌹𐌽𐍃 𐍈𐌴𐌹𐌻𐌰𐌹: Incenſi horâ; *Luc.* I, 10. 𐌸𐌰𐌲𐌺𐌾𐌰𐌽, Cogitare; *Luc.* V, 21. 𐌸𐌰𐌷𐌰𐌽𐌳𐍃, Tacens; *Luc.* I, 20. 𐌸𐌰𐌹𐌷, Proficiebat; *Luc.* II, 52. 𐌸𐌰𐌹𐍂𐌺𐍃 𐌽𐌴𐌸𐌻𐍉𐍃: Foramen acus; *Marc.* X, 25. 𐌸𐌰𐍂𐍆, Neceſſe habeo; *Luc.* XIV, 18. 𐌸𐌰𐌿𐍂𐌱𐌿𐌽 𐌹̈𐌳𐍂𐌴𐌹𐌲𐍉𐍃: Indigent pœnitentiâ; *Luc.* XV, 7. 𐌸𐌰𐌿𐍂𐌽𐌾𐌿𐍃, Spinæ; *Marc.* IV, 7. 𐌸𐌰𐌿𐍂𐍃𐌴𐌹𐌸, Sitit; *Joh.* VI, 35. 𐌸𐌰𐌿𐍂𐍃𐌿𐍃, Aridus; *Luc.* VI, 6. *&c.*

𐌿 *reſpondet Latino* U. *Ita* 𐌿𐍆 *Gothis eſt* Sub: *unde* 𐌿𐍆 𐍃𐌺𐌰𐌳𐌰𐌿 𐌹̈𐍃: Sub umbrâ ejus; *Marc.* IV, 32. 𐌿𐍆𐌰𐍂 *eſt* Super: *unde* 𐌿𐍆𐌰𐍂𐌰𐍃𐍃𐌰𐌿 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌽𐌳 𐌷𐌻𐌰𐌹𐌱𐌴: Abundant panibus; *Luc.* XV, 17. 𐌿𐍆𐌰𐍂𐌲𐌿𐌳𐌾𐌰𐌼 𐌰𐍄𐌲𐌹𐌱𐌰𐌳𐌰: Principibus ſacerdotum tradetur; *Marc.* X, 33. 𐌿𐍆𐌰𐍂𐌼𐌴𐌻𐌹: Titulus; *Marc.* XV, 26. 𐌿𐍆𐌰𐍂𐍃𐍄𐌹𐌲𐌿𐌽 𐌸𐌰𐌹 𐌸𐌰𐌿𐍂𐌽𐌾𐌿𐍃: Aſcenderunt ſpinæ; *Marc.* IV, 7. 𐌿𐌽 *in compoſitione eſt Negativum: unde* 𐌿𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽 *eſt* Sinè timore; *Luc.* I, 74. 𐌿𐌽𐌱𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽𐌳𐍃, Non ferens fructum; *Luc.* III, 9. 𐌿𐌽𐌱𐌰𐍂𐌽𐌰𐌷𐍃, Qui ſinè liberis eſt; *Luc.* XX, 28. 𐌿𐌽𐌱𐍂𐌿𐌺𐌾𐌰𐌹, Inutiles; *Luc.* XVII, 10. 𐌿𐌽𐌷𐌰𐌹𐌻𐌰𐌽𐍃, Malè habentes; *Luc.* V, 31. 𐌿𐌽𐌺𐌰𐍂𐌾𐌰𐌽𐍃, Securi; *Marc.* IV, 15. 𐌿𐌽𐌻𐌴𐌳𐌰𐌹, Pau-

Digitized by Google

Pauperes; *Matth.* XI, 5. ΠΝSΕΛ, Nequam; *Matth.* VI, 23. ΠΝSVΕΚS, Sinè honore; *Marc.* VI, 4. ΠΝΠSΛΛΙSΙΨS, Qui non didicit; *Joh.* VII, 15. *&c.*

U *Nescio quod nomen prisca gens Gothorum indiderit huic literæ. Potestas verò ejus videtur eadem cum sequente* V. *Nisi fortè aliud inter utramque discriminis in sono putemus observâsse Anglosaxones atque Alamannos; quorum hi plerasque voces Gothicas ab hac literâ incipientes, ut plurimùm à* q *vel* qh *vel* ch *incboant; illi verò à* cp. UINX *certè, item* UΕINS *vel* UΕNS *Argenteo codici passim vocatur* Mulier, femina. *Anglosaxones* cpen *dicunt; Alamanni* quena *vel* chuena. *ita legimus Hymno XIX, 6;* angil forachuuidit chuuenom / Angelus prædicit mulieribus. UIΨΛΝ *Argenteo codici est* Dicere. *Anglosaxones* cpeðan *dicunt; Alamanni* queden / *ac sæpiùs* chueden / qhuueden / quheden *scribunt, initiale* q *diversis modis adspirantes.* Dicere, qhuuedan. Dicit, qhuuidit. Dicam, qhuidu. Dixi, qhuad ih. Dicat, qhuede. Dicens, qhuedanti. Dicto versu, kachuetanu verse / *&c. Kero.* Benedicimus te; uuelaquhedemes thih. *Hymn. XXVI*, 12. Refello, ferqhuido. Renuit, ferquhat. *gl* C, 15. Adserit, qhuidit. festinot. *gl C*, 3. Condictum, samanqhuit. *gl B*, 7. Præfatus, foraquhetan. *gl C*, 11. Sententia, kaqhuit. *Kero.* Multifariè, manegen quhitin. *gl C*, 6. Tropus, mez quhitio. *gl C*, 20. Verborum tenus, so so quhidu. *gl C*, 21. Verbi gratiâ, so so quhido. *Appendix glossarii C.* UIΜΛΝ *Argenteo codici est* Venire. *Anglosaxones* cuman *dicunt. Alamanni* comen / quemen / chuemen / qhumen / *similiter variè.* Venire, qhuueman. Veni, qhuuam. Venerunt, qhuamun. Venite, qhuemat / *&c. Kero.* Pervenit, qhuam. *Hymn. XX*, 3. Venisti, chuami. *Hymn.* VI, 4. Adveniat regnum tuum, az quheme richi dinaz. *Hymn.* II, 7. Advena, chuuemaner. *gl B*, 1. Venturus, chumftiger. *Hymn.* I, 7. VI, 1. XXVI, 8. Posteritas, aftarchumft. *gl B*, 38. naqhumft, Successio. *gl B*, 49. Prodeunti, furiquhementi. *gl C*, 13. UΛΙΚΝS *Argenteo codici est* Mola. *Anglosaxones* cpeorn *dicunt. Alamanni* chuuern. FΚΛUISTGΛΝ *Argenteo codici est* Perdere, dissipare, consumere. *Teutones* quisten / verquisten *dicunt.* *Cæterùm sicuti ex jam dictis manifestum est* U *initiale Anglosaxonibus per* cp, *Alamannis verò per* ch *vel* q *aspiratum exprimi, ita quoque discimus ex sequentibus illud ipsum* U *quandoque etiam in medio vocum Anglosaxonibus persæpè valere* c, *Alamannis verò* c *vel* ch. *Ita* ΝΛUΛΨS, Nudus, *Anglosaxonibus est* nacod. *Alamannis* naccot / nachet / nahhut. *Similiter* ΛUIZI, Securis, *Anglosaxonibus dicitur* acase. *Alamannis* acus / achus. *Manifestè quoque* U *illud in mediis vocibus refert potestatem duplicis* V. *neque enim video quomodo aliter aut accipi aut legi possint* ΝΛUΛΨS *&* ΛUIZI. *item* VΚΛΙUX, Prava; *Luc.* III, 5.

Digitized by Google

𐌲𐌰𐌵𐌹𐌿𐌽𐍉𐌳𐌰, Revixit; *Luc.* XV, 35. 𐍃𐌿𐌲𐌵𐌿𐌽, Mergebantur; *Luc.* V, 7. 𐍃𐍄𐌹𐌲𐌵𐌰𐌽 𐌳𐌿 𐍅𐌹𐌲𐌰𐌽𐌽𐌰, Committere bellum, inire prælium; *Luc.* XIV, 31. 𐌲𐌰𐌵𐌿𐌼𐌸𐌰, Synagoga; *Joh.* XVIII, 20. *quod manifestè est ex* 𐌲𐌰𐌵𐌹𐌼𐌰𐌽, Convenire, congregare.

𐍅 *respondet Anglosaxonico* ƿ, *vel duplici* V. *Aliquando etiam exprimit Græcum* υ ψιλὸν, V tenue. *Anglosaxonicum* ƿ *exprimit in principio, medio, & fine quorundam vocabulorum Gothicorum. In principio: ut* 𐍅𐌰𐌹𐌻𐌰, Benè; *Marc.* VII, 6. 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐍃, Dignus; *Matth.* VIII, 8. 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌽, Operari; *Joh.* IX, 4. 𐍅𐌴𐌲𐍃, Motus; *Matth. VIII*, 24. 𐍅𐌴𐌹𐌽, Vinum; *Luc.* V, 37. 𐍅𐌹𐌲𐍃, Via; *Joh.* XIV, 6. 𐍅𐌹𐌻𐌾𐌰, Voluntas; *Matth.* VI, 10. 𐍅𐌹𐌽𐌳𐍃, Ventus; *Marc. IV*, 39. 𐍅𐌹𐌽𐍄𐍂𐌿𐍃, Hyems; *Joh.* X, 22. 𐍅𐌹𐍄𐌰𐌽, Scire; *Marc. VII*, 24. 𐍅𐍉𐌳𐍃, Dæmoniacus, *propriè* Rabidus, furibundus; *Marc.* 5, 18. 𐍅𐍂𐍉𐌷𐌾𐌰𐌽, Accusare; *Luc. VI*, 7. 𐍅𐌿𐌻𐍆𐍃, Lupus; *Joh.* X, 12. 𐍅𐌿𐌻𐌸𐌿𐍃, Gloria; *Matth. VI*, 13. *Compluria quæ hoc in loco, prout occurrebant, congessi exempla, cum similibus atque idem significantibus vocabulis Anglosaxonicis contendam, ut ex earum comparatione liqueat Gothorum* 𐍅 *respondere Anglosaxonico* ƿ, *ac simul etiam ex pauculis hisce deprehendat Lector miram Anglosaxonicæ linguæ cum Gothicâ vetere convenientiam. siquidem* ƿel *vel* ƿell *Anglosaxonibus est* Benè. ƿeorð. ƿurð. ƿyrð, Insignis, omni honore dignus. ƿeorcan. ƿyrcan, Operari. ƿeȝan, Movere. ƿin, Vinum. ƿeȝ, Via, ƿilla. Voluntas. ƿind, Ventus. ƿinter, Hyems. ƿitan, Scire. ƿod, Insanus. ƿreȝan, Accusare. ƿulf, Lupus. ƿuldor, Gloria, *&c. Locum quoque habet hæc litera in medio vocum Gothicarum, & in fine. In medio: ut* 𐌳𐌰𐍅𐌴𐌹𐌳, David; *Marc.* XII, 36. 𐌻𐌰𐌹𐍅𐍅𐌹, Levi; *Luc.* V, 27. 𐌱𐌰𐌽𐌳𐍅𐌾𐌰𐌽, Innuere; *Luc.* I, 22. 𐌼𐌰𐌽𐍅𐌾𐌰𐌽, Parare, præparare; *Luc.* I, 17. 𐌰𐌲𐌲𐍅𐌿 𐌳𐌰𐌿𐍂, Angusta porta; *Matth.* VII, 14. 𐍃𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌽 𐌱𐍉𐌺𐍉𐍃: Legere librum; *Luc.* IV, 16. 𐌽𐌹 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌿𐍃-𐍃𐌿𐌲𐌲𐍅𐌿𐌳: Nec hoc legistis? *Luc.* VI, 3. 𐍃𐍅𐌿𐌼𐍃𐌻, Natatorium; *Joh.* IX, 7. *In fine: ut* 𐌰𐌹𐍅, In æternum; *Joh.* X, 28. 𐍆𐍂𐌰𐌹𐍅, Semen; *Marc.* IV, 27. 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍃𐍄𐍅, Opus; *Marc.* XIV, 16. *Joh.* VI, 29. *Restat nunc ut quibusdam quoque exemplis ostendamus Gothicum* 𐍅 *in mediis quandoque vocibus vim Græci* υ *obtinere. Ita* 𐌸𐌿𐌼𐌹𐌰𐌼𐌹𐌽𐍃 *ponitur pro* θυμιάματος, *Luc.* I, 10. 𐌱𐍅𐍃𐍃𐌰𐌼𐌼𐌹 *pro* βύσσῳ, *Luc.* XVI, 19. 𐍃𐌿𐍅𐍂𐌴𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃 *pro* συνείδας, *Marc. VIII*, 8. 𐌺𐍅𐍂𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹𐌰𐌿 *pro* Κυρηνίου, *Luc.* II, 2. 𐌻𐍅𐍃𐌰𐌽𐌹𐌰𐌿𐍃 *pro* Λυσανίου, *Luc.* III, 1. 𐍃𐍅𐌼𐌰𐌹𐍉𐌽 *pro* Συμεὼν, *Luc.* II, 25. 𐍃𐍅𐌽𐌰𐌲𐍉𐌲𐌴𐌽 *pro* συναγωγὴν, *Marc.* I, 21. 𐍄𐍅𐍂𐌹𐌼 *pro* Τύρῳ. *Matth. XI*, 22. *Non est interim cur aliquis arbitretur Gothos penuriâ literarum adactos uni literæ duplicem tribuisse potestatem,*

quum

quum ex allatis manifestum sit eos in patrii sermonis vocabulis constanter Y pro Vau vel Anglosaxonico Ƿ usurpâsse: in exteris verò, Græcis præsertim, adbibuisse Y loco Græci υ, vel capitalis ejus Y, propterea quòd viderent figuram patrii Y quàm proximè accedere ad hanc Pythagoræ literam.

X codici Argenteo non est X Latinorum vel Ξ Græcorum, sed exprimit Græcum χ, ac figurâ proximè refert Latinum X capitale, nisi quod sit aliquantò exilius atque incultius. Occurrit passim in compendiosâ voce Christus, quæ constat literis duabus XS, superductâ lineolâ. & quamvis Zacharias codici Argenteo Lucæ capite Primo aliquoties scribatur ZAKAKIAS, ejusdem tamen Euangelii cap. III, 2 legas ZAXAKIÏNS SUNAU. quamvis etiam Pascha codici Argenteo sæpiùs dicatur ΠASKA, Johannis tamen VI, 4. sicuti & XVIII, 28 & 29 ΠASXA scribitur. in quibus tamen locis illud ipsum X valde exile est ac solitò negligentius pingitur, tanquam alienum. nam pro suo Gothos non agnovisse, vel ex eo liquere potest, quòd χ Græcum alibi frequenter mutent in K. Ita TAITRAKKES scribunt pro τετράρχης, Luc. IX, 7. ZAKKAIUS pro Ζακχαῖος, Luc. XIX, 2. KAUPATJAN pro χωρίζειν, Luc. XII, 13. TRAKAUNEITIDAUS LANDIS pro Τραχωνίτιδος χώρας, Luc. III, 1. Scripturi verò nomina in quibus necessarium videbatur ξ Græcum adhibere, omisso eo, usurpârunt KS ejus loco. quomodo ARFAKSAD Luc. III, 3 est Ἀρφαξάδ. Marci quoque XV, 21 ALAIKSANDRAUS est Ἀλεξάνδρου.

Z respondet Græco capitali Z & figurâ & potestate. unde & Lucæ capite Primo aliquoties occurrit ZAKAKIAS pro Ζαχαρίας. Quamvis non tantùm peregrinum Zachariæ vocabulum, atque alia id genus nomina propria, ab hac literâ inchoaverint Gothi, sed eâ quoque utantur in medio vocabulorum merè Gothicorum. quomodo Argenteo codici AIKZGANDAS est Seductor; Matth. XXVII, 63. AZETIZO. AZITIZO, Facilius; Matth. IX, 5. & Marc. X, 25. BATIZO, Melius; Luc. V, 39. FRODAZANS, Prudentiores; Luc. XVI, 8. GUHIZA; Junior; Luc. XV, 12. HAZGAN, Laudare; Luc. XIX, 37. HUZD, Thesaurus; Matth. VI, 21. ÏZVIS, Vos; Matth. V, 30. MAIZA, Major; Luc. VII, 28. MANAGIZO, Plus, abundantius; Marc. XII, 33. Joh. X, 10. MARZGAN, Scandalizare; Matth. V, 29. RAΨIZO, Facilius; Luc. XVIII, 25. RAZDA, Loquela; Matth. XXVI, 23. RAZN, Domus; Marc. XI, 15. &c.

Anonymus quidam vir doctus, cujus commentariolum de Literis & linguâ Getarum sive Gothorum edidit Bon. Vulcanius Lugduni Batavorum anno CIↃ IↃ XCVII,

 addit

addit huic Alphabeto literam Η, *veluti inventam sibi in Argenteo codice Marci XIV*, 51. *vultq́; eam figurâ & poteſtate reſpondere Græco* ἦτα *capitali. Ego tamen & complures mecum viri oculati nuſquam ibi, quod affirmat vir doctus,* ΓΚΗΠΕΝ *ſcriptum invenimus, ſed* ΓΚΙΠΠΝ ÏS ΨΛΙ ϨΠΓΓΛΛΛΠ-ϽΕΙS. *Hoc obiter præmonendum putavi; quoniam intereſt meâ ne quis, viri docti authoritate inductus, arbitretur me nimis indiligenter, ne dicam oſcitanter, Gothicarum literarum numerum ac poteſtatem ex Argenteo codice tradidiſſe.*

Injectâ interim Commentarioli hujus mentione, oportunè quoque venit in mentem ejus epiſtolæ quam ſuper Authore præfati opuſculi pluribuſque aliis rebus huc ſpectantibus olim ad me dedit magnus ille ac multæ lectionis Antiſtes JACOBUS USSERIUS *Archiepiſcopus Armachanus totiuſq́; Hiberniæ Primas, &c.*

Viro cl. Franciſco Junio Franciſci filio Jacobus Armachanus ſalutem.



A Bonaventurâ Vulcanio editi habentur viri cujuſdam docti Anonymi commentarioli duo: in literas Gothicas, ex vetuſtiſſimo quodam Codice argenteo (ut eum vocat) ſumptas, unus; in alphabetum Gothicum (quod Gothicum tamen omnino non eſt) & Notas Lombardicas in alio quodã vetuſtiſſimo codice repertas, alter.

Argenteus ille codex membranaceus, qui quatuor Evangelia aureis & argenteis literis Gothicè deſcripta continebat, ad Werdeni ſive Werdinenſis monaſterii bibliothecam pertinuit, in regione Bergenſi quatuor ferè à Coloniâ Germanicis miliaribus diſtantis. Inde ex VI° Matthæi & I° Marci capitulo ab Arnoldo Mercatore nonnulla deſcripta, Inſcriptionum ſuarum corpori (pag. CXLVII & CXLVIII) inſeruit Gruterus.

In-

Digitized by Google

Indidemque Orationem Dominicam cum aliis quibuſdam particulis, ab Antonio Morillono tranſſcriptam, in Gotodanica ſua Joh. Goropius Becanus (Originum Antverpian. lib. VII, pag. 739. 740. & 750.) retulit: quorum cum iis, quæ à Vulcanio ſunt edita, collatione factâ, oborta mihi aliquando eſt ſuſpicio, non alium eruditi illius in literas Gothicas commentarioli authorem fuiſſe, quàm Antonium ipſum Morillonum, qui Antonio Perrenoto Cardinali Granvellano à bibliothecâ fuit & Latinis epiſtolis.

Neque verò ad alium quàm ad Cardinalem illum ea verba ſpectâſſe ſum opinatus, quæ in ſecundi Commentarioli principio leguntur: *Quemadmodum Dominatio veſtra monet, ita eſt. Omnino enim præſens opuſculum interpres eſt alterius operis, nempe Vocabularii*, &c. quamquam authorem ſimul cùm Domino ſuo plurimùm à vero hîc aberraviſſe, nullum ſit dubium: quum Codicem illum à Notarum, ſive Romanæ ſcripturæ compendiorum, collectaneis, quæ Tyronis ac Senecæ nominibus inſignita Gruterus poſtea in lucem edidit, nihil differre deprehenderimus. Ut fruſtra author hic ſibi perſuaſerit, ad aliud aliquod opus referenda iſta fuiſſe; *cujus uſus fuerit, aulicos legatos, qui Gothi erant, docere Lombardicè, ut intra Italiam cum principibus Italicis poſſent perorare.*

Codicem alium Gothicum aureis argenteiſq; characteribus papyro exaratum, & non Evangelia tantùm, ſed univerſum etiam Novum Teſtamentum, complectentem, in bibliothecâ Hermanni Comitis Newenarii extitiſſe, Philippus Marnixius

Do-

Dominus Sanct-Aldegundius (apud Sibrandum Lubberti de princip. Christianorum dogmatum lib. 3. cap. 7.) confirmat; in quo Orationis Dominicæ idem quod in libro Werdinensi habebatur initium; *Atta unsar thu in himina*, &c. Cujusmodi Novum Testamentum ad suas etiam manus pervenisse Matalius Metellus Sequanus (apud Suffridum Petrum, Præfat. in Scriptor. Frisiæ Decad.) est testatus. Ubi & illud notandum; Orationem Dominicam Gothicam doxologia illâ concludi, quæ in vetere Latinâ Bibliorum editione desideratur. Ut ex Græco fonte Gothicam istam Novi Testamenti versionem derivatam esse appareat, & ex ipsius Wulfilæ primævâ traductione descriptam. Hunc enim primum literas apud Gothos invenisse, & Scripturas sacras in eorum linguam convertisse, Socrates, Sozomenus, Isidorus Hispalensis (in Gothorum Chronico) & Martyrii Nicetæ scriptor (apud Simeonem Metaphrastam, die 15° Septembris) nos docent: quorum postremus (cum Sixto Senense, libro IV° Bibliothecæ sanctæ) *ex Græco* translationem illam fuisse factam, expressè indicat.

Quò referendus est & ille Walafridi Strabi locus, De rebus Ecclesiasticis cap. 7°; *Et, ut Historiæ testantur, postmodum studiosi illius* [Gothorum] *gentis divinos libros in suæ locutionis proprietatem transtulerunt: quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur. Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud quasdam Scytharum gentes, maximè Tomitanos, eâdem locutione divina hactenus celebrari officia.* Et quod à Josepho Scaligero est additum (Canon. Isagog. libro 3. pag. 138.) *Gothos etiamnum in iisdem regionibus degere sub*

Digitized by Google

ſub Præcopenſi Tatarorum dynaſtâ, & utrumque Teſtamentum, iiſdem literis quas excogitavit Wulfila, conſcriptum, & eâdem linguâ quâ tempore Ovidii utebantur interpretatum, legere. Quæ eò à me adducta ſunt omnia, ut, quâ ratione Gothicam ex Græcâ ſcriptionem Wulfilas efformaverit, in priore illo Commentariolo declarari ſubindicarem. De quo integrum tamen tibi judicium relinquo. VALE.

Londini. v Nonas Julias, anno æræ
Chriſtianæ M DC LI.

Argenteus codex unico puncto denotat ſenſum imperfectum; at perfectum concludit punctis duobus.

Præcipuæ ejuſdem Codicis abbreviaturæ ſunt in vocibus ƑAN. ГꝸΨ. ÏAI-SNS. XRISTNS. *ſiquidem pro iis paſſim occurrit* ƑA. ГΨ. IS. XS, *lineolâ omnibus ubique ſuperinductâ. Nos barum vocum rectos obliquóſq; caſus integrè damus, ne quid moretur legentes.*

Idem denique Codex lineolam ſuperſcribit literis, quibus numeros exprimunt Gothi. Nos, omiſſâ lineolâ, puncto hinc inde adjecto diſcernimus eas à reliquo contextu; ne ſingularum numeralium literarum, etiam earum quæ ſemel tantùm aut bis in toto Codice occurrunt, peculiares typi forent exſculpendi.

Atque hæc quidem potiſſima ſunt quæ de Gothico alphabeto præmonſtranda præmonendáq; videbantur. Proximum eſt ut nonnulla quoque de Runis addam ex Runicâ literaturâ Olai Wormii, nec non ex ejuſdem Faſtis Danicis.

R*Unicarum literarum, juxta Romani alphabeti ſeriem diſpoſitarum, Nomen, Figura, Poteſtas.*

Aar, *pingitur* ᛅ, *& valet A.*

Biarkan, *pingitur* B, *& valet B.*

Kneſol, *pingitur* ᛁ, *& valet C.*

Duſs, *pingitur* þ *vel* ᛏ, *& valent D.*

Stungen Jis, *pingitur* ᛂ, *& valet E.*

Fie, *pingitur* ᚠ, *& valet F.*

Stungen Kaun, *pingitur* ᚵ, *& valet* G.

Hagl, *pingitur* ᚼ, *& valet H.*

Jis, *pingitur* ᛁ, *& valet I.*

Kaun, *pingitur* ᚴ, *& valet K.*

Lagur, *pingitur* ᛚ, *& valet L.*

Madur, *pingitur* ᛘ, *& valet M.*

Naud, *pingitur* ᚿ, *& valet N.*

Oys, *pingitur* ᚯ, *& valet* O.

Stungen Birk, *pingitur* ᛔ, *& valet* P.

Kaun *in Runicis monumentis supplet locum Latini* Q: *sed rarissimè occurrit. Sæpiùs abhibent* ᚴᚢ *ejus loco.*

Ridhr, *pingitur* ᚱ *vel* ᛦ, *& valent R. Prior nota locum habet in vocabulorum principio & medio & fine quandoque, posterior verò in fine tantùm.*

Sol, *pingitur* ᛋ, *& valet S.*

Tyr, *pingitur* ᛏ *vel* ᛐ, *& valent T.*

Ur, *pingitur* ᚢ, *& valet U vocale.*

Stungen Fie, *pingitur* ᚠ, *& valet V consonum; quod quidam* Vau *nuncupant. aliis est W.*

. . . . . *Runica monumenta* ᚼᛋ *usurpant pro X.*

Stungen Ur, *pingitur* ᚤ, *& valet Y.*

Stungen Duss, *pingitur* ᚦ, *& valet TH.*

Cimbri veteres omnes literas majusculo ductuum tenore delineabant, eóque nullas agnoscebant Capitales literas. In hujus verò Alphabeti notatione illas tantùm communes maximéq; receptas Runarum figuras, ex multiplici earum varietate, Lectori exhibuimus, quibus veterum Danorum Fasti ab Olao Worm editi consignantur; nisi quòd

Digitized by Google

quòd in literâ Kaun *denotandâ prætulimus antiquiorem illam Figuram, quam ipse Wormius servavit in exprimendâ Poteſtate literæ* Q, *cujusque genuinam ac verè antiquam delineationem exhibet nobis illud* Stungen Kaun *quod ipse Wormius ait reſpondere Latino* G.

In iisdem quoque Faſtis ac Runicâ literaturâ idem Wormius observat complures literas, aliquam Poteſtatis convenientiam habentes, frequenter ita permutari ut una suppleat vicem alterius; atque adeò duplex tripléxve quandoque sit valor unius literæ.

Latini certè C *persæpè Poteſtatem habet* ᛁ, *ut in* ᛚᚢᛁᛁᛆᚿᚢᛋ, Lucianus. ᛘᛆᚱᛁᛂᛚᛚᛁᚿᚢᛋ, Marcellinus. ᚡᛁᚿᛁᛂᚿᛁᛁᚢᛋ, Vincentius. *Quandoque tamen & pro* T *ponitur, præsertim ubi* T *ut* C *pronuntiatur, quemadmodum patet ex penultimâ syllabâ nominis proximè præcedentis: pari quoque ratione scribebant* ᚴᚢᛁᚿᛁᛁᛆᚿᚢᛋ, Quintianus. ᛘᛆᚱᛁᛆ ᛂᚴᛁᛒᛁᛁᛆᚴᛆ, Maria Egiptiaca. *Nonnunquam pro* S *ponitur; ſicuti videmus in* ᚴᚢᛁ, gus, *i. Dei*

Sicuti verò hæc litera ᛁ *aliarum ſubinde literarum locum ſupplet, ita & aliæ hujus.* ᚴ *certè pro* ᛁ *ponitur in* ᚴᛆᚿᚢᛏᚢᛋ, Canutus. ᚴᛆᚱᛆᚿᛆ, Corona. ᚴᛚᛆᚱᛆ, Clara. *Item* ᛋ *pro* ᛁ *ponitur in* ᚴᚱᚢᛋᛁᛋ, Crucis; *nam Faſti in menſe Majo ſcribunt* ᚴᚱᚢᛋᛁᛋ ᛘᛂᛋᛋᛆ, Cruſis meſſa, *pro Crucis feſtum.*

D *ſortitum eſt duplicem Notationem.* ᛐ *ſcilicet &* ᚦ. *Ita* ᛐᛆᚼᛋ, dahs *eſt Dies.* ᚴᚢᛁᚿᛐᛁᛚᛘᛁᛋ, Quindilmis. ᛆᚦᚱᛁᛆᚿᚢᛋ, Adrianus. ᛆᛚᛂᚼᛋᛆᚿᚦᛂᛦ, Alexander.

Quamvis etiam T *duplicem invenerit Figuram,* ᛏ *videlicet ac* ᛐ, *aliquando tamen ejus loco* ᚦ *ponitur, ut in* ᚴᛁᚱᚦᚱᚢᚦᛁᛋ, Gertrudis. *quod punctatum valet* TH. *Ita* ᛆᚴᛆᚦᛆ *eſt* Agatha. ᛘᛆᚦᚢᛋ, Matheus, *&c.*

De ᛁ *quod quandoque pro* T *ponitur, ante diximus.*

ᚡ *maximâ ex parte Poteſtatem obtinet* Vau *Latini, ſive* V *conſoni: ita* ᚡᛁᛐᚢᛋ *eſt* Vitus. ᚴᛁᚱᚡᛆᛋᛁᚢᛋ, Gervaſius.

X *Danis vetuſtioribus erat litera peregrina, non habens peculiarem Figuram vel Notam ſimplicem. Quotieſcunque tamen in vocibus Græcis Latiniſve occurrebat, exprimebant eam per* ᚼᛋ. *Ita* ᛋᛁᛆᚼᛋᛐᛆᚿ *ſcribebant pro* Siaxtan. ᚠᛁᛚᛁᚼᛋ *pro* Felix, *&c.*

Nec prætereundum, quòd ᛦ *finale plerumque abſorbet Vocalem quam includit: ut in* ᚴᚢᛘᛒᛦ, Kumbr. *Cujus priſcæ conſuetudinis plura paſſim exempla ſuppeditat*

Digitized by Google

ditat Runicum lexicon Wormii.

Quoniam tamen constat Runas olim fuisse pauciores, ac non nisi serò ad hunc Latini alphabeti modum fuisse redactas; pretium operæ facturus videor si earum quoque Runarum numerum atque ordinem radidero, qui in vetustissimarum Legum codicibus invenitur, quemque nobis Aureorum numerorum notæ sicuti & literarum Dominicalium progressus in antiquissimis Fastis exhibet, quem denique in veterum computatione servari videmus.

Priscæ igitur sexdecim Runæ constanter olim tenuerunt hanc Notationem, Appellationem, Seriem;

ᚠ.	Fie.	ᚢ.	Ur.	ᚦ.	Duſs.	ᚬ.	Oys.
ᚱ.	Ridhr.	ᚴ.	Kaun.	ᚼ.	Hagl.	ᚾ.	Naud.
ᛁ.	Jis.	ᛅ.	Aar.	ᛋ.	Sol.	ᛏ.	Tyr.
ᛒ.	Biarkan.	ᛚ.	Lagur.	ᛘ.	Madur.	ᛦ.	Yr.

Unde & vetus numerandi ratio sexdecim primos numeros exprimit totidem Runis priscum ordinem servantibus: nam

ᚠ *veteribus Cimbris denotabat* I. *quod dicebant* ᛅᛏᛏ, Att.

ᚢ *denotabat* II. ᛏᚢ, Tu.

ᚦ *denotabat* III. ᚦᚱᚢ, Thry.

ᚬ *denotabat* IV. ᚠᛁᚢᚼᚢᛦ, Fiuhur.

ᚱ *denotabat* V. ᚠᛁᛘ, Fem.

ᚴ *denotabat* VI. ᛋᛁᛅᚼᛋ, Siax.

ᚼ *denotabat* VII. ᛋᛁᛅᚢ, Siau.

ᚾ *denotabat* VIII. ᛅᛏᛏᛅ, Atta.

ᛁ *denotabat* IX. ᚾᛁᚢ, Niu.

ᛅ *denotabat* X. ᛏᛁ *vel* ᛏᛁᚢ, Ti *vel* Tiu.

ᛋ *denotat* XI. ᛅᛚᛚᛁᚠᚢ, Allivu.

ᛏ *denotat* XII. ᛏᚬᛚᚠ, Tolf.

ᛒ *denotat* XIII. ᚦᚱᛁᛏᛏᛅᚾ, Threttan.

ᛚ *de-*

Digitized by Google

ᛓ *denotat* XIV. ᚠᛁᚢᚱᛏᛆᚿ, Fiurtan.

ᛘ *denotat* XV. ᚠᛁᛘᛏᛆᚿ, Femtan.

ᛯ *denotat* XVI. ᛋᛁᛆᛪᛋᛏᛆᚿ, Siaxtan.

De sequentium numerorum Notis aliunde suppletis, vide Wormii Fastos Danicos & Runicam literaturam: neque enim attinet plura hoc in loco ex eo transcribere, cum hactenus allata dilucidè satis expediant quæ de antiquissimarum Runarum numero atque ordine paullò ante tradidimus. Magis fortassè in rem Lectoris erit ex eodem Wormio monere præcellentissimos quosque Runarum magistros usque adeò mirabilem inter earum Nomina & Figuras harmoniam deprehendere, ut censeant primos hujus Literaturæ authores enixè in hoc incubuisse, ne literarum Figuræ longè abirent ab earum Nominibus certam aliquam ac vulgo notam rem significantibus. Cujus rei veritas magis adhuc elucescet si præcipuos Runarum apices, à principaliore ipsius literæ recto ductu hàc illàc prominentes, accuratiùs aliquantò perlustremus: illud interim præmonentes, primis harum inventoribus non tam fuisse propositum ut speciem artis Pictoriæ in earum delineatione præberent, quàm ut nudas tantùm primorum elementorum Figuras, crassas quidem, ipsis tamen Nominibus congruas, perfunctoriè describerent ac priscâ incultioris ævi simplicitate veluti adumbrarent; quò rudis ac vaga discentium Phantasia, qualiscunque similitudinis adminiculo subnixa, firmiùs fideliusq; memoriæ traderet prima Literarum elementa vulgo notæ rei similitudine conspicua, præcipuè tamen rei ipso Elementi nomine significatæ. Quod quàm benè prudentérq; olim excogitaverint homines cauti atque altâ præter cæteros mente præditi, nemo non videt.

ᚠ, *quod* Fie *nuncupant*, Armentum, peculium, divitias *dixerunt antiqui. Sed hodiernum idioma Danicum distinguit inter* fie & liggende fie. *illud enim* Pecus quodvis; *hoc verò* Pecuniam *vel* Peculium, *i. aurum, argentum, æs, atque alias quasvis agrorum ædiúmq; immobiles (ut vocant) possessiones denotat. Repræsentat autem primi hujus elementi Notatio animal cornubus lasciviens; quandoquidem præcipuas antiquissimorum sæculorum opes in armentis pecudibúsq; sitas fuisse constat.*

ᚢ. Ur *denotat* Rivos aquarum impetuosè ex alto delabentium; *sicuti* & Nimbum guttis densioribus ex alto proruentem; *atque inde quoque ad alia per quandam similitudinem transfertur vocabulum, ad Scintillas nempe crebris ictibus ex ferro candente prosilientes. Aquas igitur cum impetu deorsum latas refert litera.*

ᚦ. Duss *denotat* Spectrum montes ac loca devia incolens, *quod specie pumilionis aut gigantis conspiciendum se olim præbere ac fœminis puerisq; terrorem incutere so-*

Digitized by Google

ſolebat. Linea recta, ſpectrum; curva, montem aut collem referebat.

ᛅ. Oys *eſt* Portus maris tutam navibus ſtationem præbens. *Exponitur &* Sinus maris promuntoriis acutioribus ac navigantibus infeſtis in mare excurrens: *quæ acceptio non abludit ab hujus literæ delineatione.*

R. Ridhr *eſt* Equitatio. *Eques divaricatis cruribus equitationi ſe accingens videtur hîc depingi.*

ᚠ. Kaun *eſt* Ulcus *vel* Prurigo; *proinde quoque brachio ad ſcalpendum veluti elato exertóq; exprimitur litera Pruriginem ſignificans.*

ᚼ. Hagl *eſt* Grando. *Unde & anguloſæ grandinis floccorúmq; hirtæ nivis figuram præ ſe fert litera.*

ᚾ. Naud *eſt* Neceſſitas. *Minimè ergo mirandum eſt quòd antiqui ipſâ literæ hujus delineatione ſtuduerunt exprimere veram Neceſſitatis naturam; quòd ea nimirum fulcro, quo ſuſtentetur, indigeat.*

I. Jis *denotat* Glaciei planitiem, *vel* Stiriam frigore concretam atque à parietum projecturâ dependentem; *quamobrem quoque litera repræſentat Stiriam, i. pendulam glaciem ex guttis inter ſtillandum frigore congelatis genitam, auctam, & in longum productam.*

ᛆ. Aar *ſignificat* Uberem agrorum proventum. (*Vide quæ de hac voce habet Gothicum gloſſarium in* ϚΕΚ.) *Hinc litera præ ſe fert figuram Vomeris; quòd annonæ ubertatem præcipuè debeamus Vomeri, ob multiplicem frugem agrorum ritè cultorum ac proſciſſorum!*

ᛋ. Sol *eſt* Lumen ſolis. *Atq; inde videri poſſunt rectæ hujus elementi lineæ, quà quà verſus veluti diſperſæ, non incommodè effigiare ſolares radios hàc illàc diffuſos.*

ᛏ. Tyr *eſt* Taurus. *Exprimitur ergo hac literâ Taurus terram cornubus fodicans. Quum verò hæc litera pingitur, quaſi uno cornu truncata ſit; videri poteſt* ᛀ *illud exprimere idolum Paganis olim* ᛏᚢᛦ, Tyr *dictum: ſiquidem id à lupo quodam alterâ manu privatum fabulatur Edda. unde poſtea* ᛁᛁᚾᚼᛁᚾᚦᚢᛦ, Unimanus *dictus eſt hic Deus Aſiaticus.*

B. Biarkan *eſt* Betula. *Litera quoque adumbrat betulam lætiſſimâ foliorum amplitudine ac latitudine diffuſam.*

ᛚ. Laugr *eſt* Liquor. *Litera quoque repræſentat Liquorem à montis vertice delabentem.*

ᛘ. Ma-

Digitized by Google

ᛘ. Madur *est* Homo. *Exprimit ergo litera Hominem ſtatos aſtrorum curſus, recurſúſque contemplantem, ac tantæ rei miraculum, protenſis ad cœlum manibus, cum quâdam veluti jubilatione proſequentem.*

ᛦ. Yr *eſt* Arcus intenſus inſtructúſq; ſagittâ. *quomodo legimus alibi,* ᛦ. ᛁᛦ ᛒᛁᚿᚦᚢᛦ ᛒᛅᚠᛁᛁ · ᛒᛅᚱᚦᛅᚠᛅ ᚠᛅᚠᚿ · ᛅᚠ ᚠᛁᚠᚠᚢ ᚠᛚᛅᛅᛁᛦ. Yr er bendur bogie, bardaga gagn, og fifvu flyter. *hoc eſt*, Yr eſt intenſus arcus, prælii commoditas, & ſagittæ delator. *Repræſentat hæc litera Arcum jam jam telum emittere paratum. Vide quoque Egilli ſkallagrimi Epinicium Claſſe* IV, *Intercalari* IV. *Runicum lexicon paginâ* 84 *pro* ᛘᛁᛦ, *quod* Virginem *denotat, legit* Mey.

Satis nunc ſtrenuè defunctus mihi viderer hac operâ quam poſui in tradendâ vetuſtiſſimarum Runarum appellatione, notatione, ſerie; niſi jam dictis utiliter addi poſſe putarem antiquum Poëma ex archivis bibliothecæ Hafnienſis à Wormio depromptum & Runicæ literaturæ capite XIX *ſtudioſo Lectori exhibitum.*

Atque ita demum uberiorem ex hac rhythmicâ Poëſi fructum capiet Lector, ſi Runica diſticha cum illâ notiſſimarum literarum ſcripturâ, quam ſingulis diſtichis ſubjungimus, conferat: quo peracto, non Runas tantùm poſt brevem iſtiuſmodi lectionis collationiſq; uſum ſibi reddet familiares, ſed eàdem quoque operâ diſcet quantam vetuſta Gothorum, Angloſaxonum, Alamannorúmque idiomata cum hoc Cimbricæ linguæ ſpecimine habeant affinitatem.

In anteceſſum interim hujus operæ verbis Olai Worm præmonendus eſt Lector, Cujuſvis diſtichi verſum poſteriorem Literas non ſpectare; ſed addi tantùm, ut metro menſura ſua & debita conſonantia conſtet, útq; prior facilius memoriæ mandetur ac tenacius hæreat. Deinde, præter id quod verba exhibent, reconditum aliquid latet in unoquoque verſu, & ad vitam communem ſpectans; quod ſponte ſe ingeret, non verba ſolùm, verùm etiam ſenſum abſtruſiorem rimantibus.

Ipſum verò Poëma tale eſt.

ᚠ. ᚢᛁᛚᚦᚢᛦ ᚠᚱᛅᛁᚿᚦᛅ ᚱᛅᚠᛁ ·	Fie veldur fraenda rógi.
ᚠᛅᛁᚦᛁᛋᛏ ᚢᛚᚠᚢᛦ ᛁ ᛋᚴᛅᚠᛁ ·	Faediſt ulfur i ſkógi.

ᚠ. ᚢᛁᛚᚦᚢᛦ. *Senſus eſt*; Divitiæ inter conſanguineos lites pariunt. *Indicat autem emblema, quòd in amplâ hæreditate herciſcundâ, frequenter admodum lites inter amicos & ſummâ neceſſitudine devinctos excitet Auri ſacra fames.*

ᚠᛅᛁᚦᛁᛋᛏ. Nutritur in ſylvis lupus. *Sylvarum incola lupus. Vult quemque gaudere loco & ſocietate naturæ ſuæ congruâ. Ita Wormius. Ambigo tamen annon ſecun-*

Digitized by Google

ſecundo verſui rectiùs tribuamus hunc ſenſum; Quemadmodum ſylvam annoſis arboribus denſam perambulantes plerumque incidunt in lupos, ita quoque avitam ac diu congeſtam hæreditatem quàm rariſſimè adeunt hæredes, quin eorum unum alius putet intempeſtivè atque odioſè interveniſſe, & tanquam Lupus in fabulâ. Notum eſt quæ inde naſcantur contentiones & quàm erectâ ex æquo cervice lites in longum trahant cohæredes.

ᚢ᛫ ᛂᛦ ᛆᚠ ᛂᛚᛚᚢ ᛁᛆᚱᚿᛁ᛫	Ur er af ellu jarni.
ᚮᛒᛐ ᛋᛙᛂᛁᛒᚢᛦ ᚱᛆᚿᛁ ᛆ ᚼᛁᛆᚱᚿᛁ᛫	Opt ſleipur rani a hiarni.

ᚢ᛫ ᛂᛦ. Scintillat candens ferrum; *id eſt, Patientia læſa fit furor.* ᚢᛦ *vulgo vocatur omne quod guttatim ſtillat vel ſcintillat. Hîc ferro ignito attributum, non niſi de ſcintillis intelligi poteſt. Ex candenti etenim ferro ac malleis tuſo, exilientibus impurioribus ejus particulis, ſcintillæ undique ſolent emicare. Senſus eſt, Eos qui effervеſcunt irâ, ſi nimis irritentur, in furorem agi.*

ᚮᛒᛐ. Nive operta ligneis ſoleis commodiſſimè calcantur; *id eſt, Artes ſolertia monſtrat, aſt uſus nutrit.* ᚱᛆᚿᛁ *inſtrumentum ligneum eſt oblongum & planum; quo pedibus alligato incredibili celeritate montium juga nivibus rigentia curſu ſuperare ſolent Boreales. Hodie* ſkier *vocant. Ita Wormius. Ego tamen ſuſpicor alium eſſe hujus diſtichi ſenſum.*

ᚦ᛫ ᚢᛂᛚᚦᚢᛦ ᚴᚢᛂᚿᚿᛆ ᚴᚢᛂᛚᛚᚢ᛫	Duſs veldur kvenna kvellu.
ᚴᛆᛐᚢᛦ ᚢᛂᚱᚦᚢᛦ ᚠᛆᛆᛦ ᛆᚠ ᛂᛚᛚᚢ᛫	Katur verdur faar af ellu.

ᚦ᛫ ᚢᛂᛚᚦᚢᛦ. Spectra fœminis infeſta. *Submonet ne unquam patiamur nobis excidere illud Poëtæ,* Tu ne cede malis. *Veri Dei cultu deſtitutis frequenter olim objiciebantur Gigantum aut Pumilionum ſpectra, quæ non tam viris, quàm mulierculis & pueris erant terriculamento.*

ᚴᛆᛐᚢᛦ. In adverſis nemo lætatur. *Huc refer illud Comici;* Omnes, cum rectè valemus, ſana conſilia ægrotis damus. Tu, ſi hîc ſis, aliter ſentias. *Ita Wormius. Ego tamen commodiorem ſecundi hujus verſus quæro ſenſum.*

ᚮ᛫ ᛂᛦ ᚠᛙᛋᛐᚱᛆ ᚠᛂᚱᚦᛆ᛫	Oys er fleſtra ferda.
ᛂᚿ ᛋᚴᛆᛚᛒᚢᛦ ᛂᛦ ᛋᚢᛂᚱᚦᛆ᛫	En ſkalpur er ſuerda.

ᚮ᛫ ᛂᛦ. In oſtiis fluminum iter frequentiſſimum. *Huc ſpectat illud Naſonis;* Tuta frequénſque via eſt per amici fallere nomen. *Ut in maris ſinubus & fluminum oſtiis ob portus commoditatem frequentiſſimus eſt navium receptus, licet ibidem ſæ-*

Digitized by Google

ſæpiſſimè vel à piratis latitantibus opprimantur, vel in ſcopulos & promuntoria impingant, non ſinè naufragii periculo; ita quoque in iſtis vitæ generibus quibus ſe maxima pars hominum addicit, pericula ſæpè crebriora.

ᛂK ИPΛᛚBΠᛦ. Gladius acutus eſſe ſolet. *Huc refer illud ejuſdem,* Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem. *Sic Wormius. Fortaſſe tamen talis eſt ſenſus diſtichi; Naves in tutâ portuum ſtatione conſiſtunt, at in vaginâ gladius.*

R. PΠΛᛂÞΛ RΛИИΠᛘ ΠIИ4Λ.	Ridhr kvaeda roſſum viſta.
RΛPᚼK ᛂᛦ ИΠᛂRÞI4 BRΛÞIИ4Λ.	Raghn er ſverdit bradiſta.

R. PΠΛᛂÞΛ. Equitatio equis ingrata. *Huc pertinet decantatum illud,* Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. *Hæc Wormius. at propriè magis exponas,* Equitatio malum equis pabulum.

RΛPᚼK. Raghn eſt gladiorum latiſſimus. *De hoc gladio conſule Eddam. Veteres námq; non equis tantùm, ſed & gladiis nomina imponebant. Sic apud Saxonem libro Secundo;* Biarco utebatur præſtantis acuminis inuſitatæq; longitudinis gladio, quem LOUI vocabat. *& rurſus libro Quarto;* Erat Regi inuſitati acuminis gladius, SKREP dictus, qui quodlibet obſtaculi genus, uno ferientis ictu, medium penetrando diffinderet. *iterum libro Septimo;* Haldanus avitos à matre gladios accepit; quorum alter LUISINGUS, alter HUVYTINGUS, ob collimati acuminis nitorem, vocabulum habuit. *Sic paſſim alibi. Quemadmodum igitur inter omnes gladios* RAGN *primatum obtinebat, & poſſeſſori ſuo longè fuit gratiſſimus; ita quoque in quolibet hominum genere* Pulchrum eſt digito monſtrari & dicier; Hic eſt. *Ita Wormius.*

P. ᛂᛦ BIPPIΛ BΛRKΛ.	Kaun er beggia barna.
BΛᛚ PIΛRIᛦ KIΛᛦ PΛᛚΠΛRKΛ.	Ból giórer near folvarna.

P. ᛂᛦ. Sors eadem fratribus. Κοινὰ τὰ τῶν φίλων.

PΛΠK. Vulnus, ulcus, vibicem, pruriginem, ſcabiem *denotat; quâ facilius inficiuntur, qui ejuſdem ſunt familiæ & cognationis. Hîc latiùs pro quovis incommodo capi videtur, quod fratribus commune judicatur, cum alter alterius portare debeat onera.*

BΛᛚ. Qui inter cadavera verſatur, cadaveroſum quid ſpirat. KIΛᛦ *ſignificat,* Cadaver. κακοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ κακός. *Qui picem tangit, inquinatur ab eâ. Ita Wormius. Ego verò nihil prorſus hîc video: niſi fortè* BIPPIΛ *idem ſit*

Digitized by Google

cum Anglosaxonico beag *vel* beg. *Alamannico* baug *vel* boug. *Belgico* bagge/ Monile, gemma. *ut sit sensus; Ulcuscula scabiosa esse veluti quædam insignia ac monilia liberorum ejusdem familiæ, ac levi contagio ad sanguine junctissimos transire. Quo concesso, licet aliquid in primo bujus distichi versu videre me putabo; ingenuè tamen fatebor me in secundo planè cæcutire.*

ᚼ. ᛁᛦ ᚴᛆᛚᚦᛆᛋᛏᚢᛦ ᚴᚮᚱᚿᛆ.	Hagul er kaldastur korna.
ᚴᚱᛁᛋᛏᚢᛦ ᛋᚴᚮᛒ ᚼᛁᛁᛘᛁᚿ ᚠᚮᚱᚿᛆ.	Kristur skóp heimin forna.

ᚼ. ᛁᛦ. Grando gelidissima frugum. *Huc refer illud Propertii*; Naturæ sequitur semina quisque suæ.

ᚼᛆᚴᛚ *non* Grandinem *tantùm significat, verùm etiam* Frumentum; *cum ob externam figuram, tum etiam quòd, cum cadit, instar seminum spargi videatur.*

ᚴᚱᛁᛋᛏᚢᛦ. Mundi creator Christus. *Minimè ab hoc loco aliena sunt hæc Ovidii verba,* ——— facilè est omnia posse Deo. *Ita Wormius. Magis interim propriè ita reddas hunc versiculum,* Christus creavit cœlum olim.

ᚾ. ᚵᛁᚮᚱᛁᛦ ᚿᛆᛒᛒᛆ ᚴᚮᛋᛏᛁ.	Naud giórer nappa kosti.
ᚿᛆᚴᛏᛆᚢᚿ ᚴᛁᛆᛚᛁᛦ ᛁ ᚠᚱᚮᛋᛏᛁ.	Naktaun kiaeler i frosti.

ᚾ. ᚵᛁᚮᚱᛁᛦ. Cogit penuria nere. *quasi diceret, Parsimoniam parit necessitas.*

ᚿᛆᚴᛏᛆᚢᚿ. Nudus frigore alget. *Huc refer illud Ovidii*, Pauper ubique jacet. *Ita Wormius. Neque ipse quicquam de isthoc prioris versus sensu subdubitarem, si constaret illud* ᚿᛆᛒᛒᛆ ᚴᚮᛋᛏᛁ *aliquam Nendi significationem in se complecti.*

ᛁ. ᚴᚮᛚᛚᚢᛘ ᛒᚱᚢ ᛒᚱᛁᛁᚦᛆ.	Jis kóllum bru breida.
ᛒᛚᛁᚿᚦᛆᚿ ᛏᛆᚱᚠ ᛆᛏ ᛚᛁᛁᚦᛆ.	Blindan tarf at leida.

ᛁ. ᚴᚮᛚᛚᚢᛘ. Glacies pontium latissimus. ἡ φύσις ἀπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ. *Ingens naturæ vis est.*

ᛒᛚᛁᚿᚦᛆᚿ. Cœcus indiget ductore. *Amicus re juvat, ubi re opus est. Ita Wormius. Mihi quoque non est dubium quin is verum distichi sensum in genere tetigerit; nescio tamen an non primus versus in illo* ᚴᚮᛚᛚᚢᛘ *(quod non intelligo) amplius quid dicat quàm expressit Wormius.*

ᛆ. ᛁᛦ ᚵᚢᛘᚿᛆ ᚵᚮᚮᚦᛁ.	Aar er gumna goodi.
ᚵᛁᛏ ᛁᚴ ᛆᛏ ᚮᚱ ᚠᛆᚱ ᚠᚱᚮᚦᛁ.	Get eg adt ór var Frodi.

ᛆ. ᛁᛦ.

Digitized by Google

ᛅ· ᛁᛦ. Anni proventus ingens. *Huc refer illud Tibulli*;

Annus in apricis maturat collibus uvas;
Annus agit certâ lucida ſigna vice.

ᛅᛅᛦ *ſignificat* Annum *vel* Annonam. ᚠᚢᛘᚾᛅ *verò* Proventum, delicias, bona *denotat*.

ᚠᛁᛅ ᛁᚠ. Frotonis liberalitas ſumma. *Videtur Frotonem quartum innuere; quem Saxo libro Sexto tradit* ab eximiâ largitate cognomen mutuatum eſſe. adeò námq; liberalis exſtitit, ut recenti largitatis conſuetudine priſca militiæ ſtipendia duplicaret, opes in propatulo haberet, cæteros largiendo præcurreret, omnes humanitatis officiis anteveniret; &, quod difficilius eſt, virtute invidiam vincere contenderet. *Huc accedit, quòd author muneribus addit pondus*, Et majeſtatem res data dantis habet, *ut loquitur Ovidius. Hunc huic diſticho ſenſum tribuit Wormius; quem & ipſe in explicatione ſecundi verſus, nullâ ex parte mihi intellecti, ſequor. At primum verſum ita commodiùs reddi poſſe arbitror*, Anni proventus eſt hominum commoditas. *Quum enim* ᛅᛅᛦ *in Runico lexico exponatur* Anni proventus, *& ipſe quoque Wormius hoc in loco ſic explicet, non video cur eandem ſignificationem tribuat voci* ᚠᚢᛘᚾᛅ. *præſertim cum Cædmoni* ʒuma *paſſim dicatur* Homo. *Argenteo codici* ГNMEINS *ſit* Mas, homo ſexus maſculini. *Tatiano denique* gomman *denotet* Hominem, virum, marem, maritum. *de quibus vide Notas noſtras ad Tatiani* III, 1.

ᛋ· ᛁᛦ ᛚᛅᚾᛑᛅ ᛚᛁᚬᛘᛁ:	Sol er landa liomi.
ᛚᚢᛏᛁ ᛁᚠ ᛅᛑ ᚼᛁᛚᚠᚢᛘ ᛑᚬᛘᛁ·	Luti eg ad helgum domi.

ᛋ· ᛁᛦ. Sol (*nomen hujus literæ*) eſt terræ lumen. *Huc refer illud Virgilii* IV *Æneïd*. Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtrat. *unde & apud Ovidium* III *Faſt*. Nitidus Deus *dicitur*. *& rurſus* II *Metam*. Lux immenſi publica mundi. IV *denique Metam*. Author lucis. *&* Sidereâ qui temperat omnia luce. *ac tandem quoque* Mundi oculus *nuncupatur*.

ᛚᚢᛏᛁ ᛁᚠ. Sacra religioſè tractanda. *Huc pertinet illud Muſæi apud Juſtinum Martyrem*, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις. *Eodem planè ſenſu dixit Callimachus*, ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός. *& Virgilius*; Procul ô procul eſte prophani. ᛚᚢᛅᛁ, *id eſt*, Veneror, cernuus adoro, reverenter habeo. *Hæc Wormius. Primum interim verſum commodiùs reddas*, Solare lumen eſt terrarum jubar; ᛚᛁᛅᛘᛅ *certè eſt* Splendor *Lexico Runico in* ᛁᛘᚢᛦ. *at Angloſaxonibus* leoma *exp*. Radius *vel* Jubar. *Beda* V, 24. *Æqu. vern*. XXXIII. *Gregor. magnus Dial*. II, 35. *gramm. Ælfrici*

Digitized by Google

cap. IX, *terminat.* 16. *Secundum quoque versum propriè magis transtuleris*, Summissi proniq; corporis inflexione veneror sacras ædes. *nam id quoque* lutan *vel* ahlutan *dicebant Anglosaxones*. *Vide annotata ad gl A*, 13. *in* luȝȝenter. *De voce* Dom *pro Templo*, *vide Spelmanni Archæologum in* Dominicum.

ᛏ. ᛁᛦ ᛁᛁᚿᚼᛁᚿᚦᚢᛦ ᛅᛋᛅ. Tyr er einhendur Asa.
ᚯᛒᛏ ᚢᛁᚱᚦᚢᛦ ᛋᛘᛁᚦᚢᛦ ᛅᛏ ᛒᛚᛅᛋᛅ. Opt verdur smidur at blasa.

ᛏ. ᛁᛦ. Tyr inter Asianos unimanus. *De hoc Idolo consulendus Edda*. *Fingunt námq; hunc Tyrum ex iis fuisse qui Diis erant proximi, atque ex Asiâ unà cum Othino huc delati*. *Sed ab insolitæ magnitudinis lupo, quem vincire aggressus est, manuum alterâ multatus, postea dictus est* Unimanus. *Appositè hìc applicaverit aliquis illud Horatii* ——— Nihil est ab omni Parte beatum ——

ᚯᛒᛏ. Fabro sæpè flandum. *Egregiè Horatius in hunc sensum* ——— Nil sinè magno Vita labore dedit mortalibus ——— *Hæc Wormius*.

ᛒ. ᛁᛦ ᛚᛅᚢᚠ ᚠᚱᛆᚴᛋᛏ ᛚᛘᛅ. Biarkan er lauf gronst lima.
ᛚᛆᚠᛁ ᛒᛅᛦ ᚠᛚᛁᚱᚦᛅᛦ ᛏᛁᛘᛅ. Loki bar flerdar tima.

ᛒ. ᛁᛦ. Betula arborum viridissima. *inter primas enim foliorum viriditate luxuriare solet*. *Author videtur hoc innuere voluisse*. *Animos juvenilibus annis luxuriare*.

ᛚᛆᚠᛁ. Lochonis vafrities summa. *Et hic Edda consulendus*. *Sensus est*, *Malum consilium consultori pessimum*. *Ita Wormius*. *Ego non satis capio mentem versus primi, nisi fortè* ᛚᛘ *Cimbris vetustioribus denotaverit* Arborem. ᛚᛘ-ᚱᚢᚴᛅᛦ *certè vocabant olim* Arboreas runas, *quemadmodum nos docet Runicum lexicon in* ᚱᚢᚴᛅᛦ. *Ad secundi versus intellectum nonnihil quidem facit quòd* flærð *Islandis est* Versutia, falsitas; *reliqua tamen necdum satis capio*.

ᛚ. ᛁᛦ ᚦᛅᚦ ᛁᛦ ᚠᛁᛚᛚᚢᛦ ᚢᛦ ᚠᛁᛅᛚᛚᛁ. Laugr er thad er fellur ur fialli.
ᚠᛆᛋᛏ ᛁᚴ ᚠᚢᛚ ᛁᚱᚢ ᚴᛅᛚᛚᛁ. Fost en gul eru nalli.

ᛚ. ᛁᛦ. Liquor sponte è præruptis ruit. *Simile quid habet Ovidius* III *Fastorum*

——— Juvenilibus annis
Luxuriant animi, corporáq; ipsa vigent.

ᚠᛆᛋᛏ. Aurum peculium pretiosum. *Huc pertinet illud Mantuani poëtæ* ——— Quid

Digitized by Google

——Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? — *Hæc Wormius. Ad illustrationem primi versus facit quòd Runico lexico* ᚼᛆᛚᛚᚢᚱ ᚠᛁᛆᛚᛚᛆ *exponitur* Palatium montanum. *Islandis quoque* fiall *est* Mons. fell, Acclivitas. *Vide plura in annotatis ad gl D, 22. in* Rupis, uels. *Ad secundum versum pertinet quòd* gull *Islandis est* Aurum. gulur, Fulvus. *Sed reliqua non intelligo.*

ᛘ. ᛁᚱ ᛘᛆᛚᛑᚢᚱ ᛆᚢᚴᛁ.	Madr er moldur auki.
ᛘᛁᚴᛁᛚ ᛁᚱ ᚵᚱᛁᛁᛒ ᛆ ᚼᛆᚢᚴᛁ.	Mikil er greip a hauki.

ᛘ. ᛁᚱ. Homo pulveris augmentum. *Sensui huic respondet eximius locus Pontii Paulini ex* III *ad Ausonium epistolâ;*

——— Stultus diversa sequentibus esse
Nil moror, æterno mea dum sententia Regi
Sit sapiens. Breve quicquid homo est, ut corporis ægri,
Temporis occidui, & sinè Christo pulvis & umbra:
Quod probat aut damnat, tanti est, quanti arbiter ipse.
Ipse obit, atque illi suus est comitabilis error;
Cúmq; suo moriens sententia judice transit.

ᛘᛁᚴᛁᛚ. Gryphus major accipitre. *Huc refer illam Dionysii Catonis sententiam, numero undecimam,* Majori cede. *Vide quoque ejusdem Disticha moralia libro Secundo, carm.* 11. *Hæc Wormius.*

ᛦ. ᛁᚱ ᚢᚱᛐᚢᚱ ᚵᚱᚮᚿᛋᛐ ᚡᛁᚦᛆ.	Yr er urtur grónst vida.
ᚡᛆᚿᛐ ᛁᚱ ᚦᛆᚱ ᛁᚱ ᛒᚱᛁᚿᚿᚱ ᛆᛐ ᛋᚢᛁᚦᛆ.	Vant er thar er brennr at suida.

ᛦ. ᛁᚱ. Arcus tam hyeme quàm æstate flexibilis. *Egregiè Cerialis apud Tacitum Histor. lib.* IV, *cap.* 74. Vitia erunt, donec homines. *Appositè quoque Horatius libro Secundo, Satyrâ* VII;

Pars hominum vitiis gaudet constanter, & urget
Propositum; pars multa natat, modò recta capessens,
Interdum pravis obnoxia ———

ᚡᛆᚿᛐ. Solet igne adustus dolere. *Sensus est; Miseras cogitationes nostras, cum omnia fecerimus, subinde recurrere ad indignissimarum calamitatum memoriam; non quia necesse est,* sed quia naturale est, *ut loquitur Seneca Consol. ad Helviam, cap. ult.* manum sæpiùs ad id referre quod doleat. *Hæc Wormius.*

Digitized by Google

Atque hæc quoque ſuffecerint de Runarum appellatione, figurâ, poteſtate, ſerie. Reliquum eſt ut levi quoque obtutu Angloſaxonici, Francici, Danici, Iſlandici, Anglici, Belgiciq; alphabeti rationem Lectori ſtudioſo exhibeamus.

ANgloſaxonum majores minoréſq; literæ, abbreviaturæ, receptiſſimæ denique diſtinctiones ita notantur;

A. B. Ꞇ. D. Ɛ. F. Ᵹ. Ƕ. I. K. L. ꟽ. N. O. P. ꞆU *vel* Ꞇƿ *pro* Q. R. Ꞅ. T. U. Ƿ. X. Y. Z. Ð *vel* Þ *eſt* TH. ⁊ *eſt* Anꝺ.

a. b. c. ꝺ. e. ꝼ. ᵹ. h. ı. k. l. m. n. o. p. cu *vel* cƿ *pro* q. ꞃ. ꞅ. ꞇ. u. ƿ. x. ẏ. z. ð *vel* þ *eſt* th. ꝥ *eſt* þaꞇ *vel* þæꞇ. ⁊ *denique* anꝺ.

Unico puncto denotabant Angloſaxones ſenſum imperfectum: at perfectum concludebant tribus punctis triangulari formâ conjunctis atque hunc in modum :. diſpoſitis.

FRancicum alphabetum, quod quidam Theotiſcum alii Alamannicum nuncupant, has habet majores minoréſq; literas;

𝔄. 𝔅. ℭ. 𝔇. 𝔈. 𝔉. 𝔊. ℌ. ℑ. 𝔎. 𝔏. 𝔐. 𝔑. 𝔒. 𝔓. 𝔔. ℜ. 𝔖. 𝔗. 𝔙. 𝔚. 𝔛. 𝔜. ℨ.

𝔞. 𝔟. 𝔠. 𝔡. 𝔢. 𝔣. 𝔤. 𝔥. 𝔦. 𝔧. 𝔨. 𝔩. 𝔪. 𝔫. 𝔬. 𝔭. 𝔮. 𝔯. ꝛ. ſ. 𝔰. 𝔱. 𝔳. 𝔲. 𝔴. 𝔵. 𝔶. 𝔷.

Licet verò Francicum hoc Alphabetum ordine recto inſtar alphabeti Gothici, Cimbrici, Angloſaxonici videatur procedere; crebra tamen ac valde mirabilis Francicarum inter ſe literarum commutatio, literis affinibus in alias cognatas quâvis occaſione tranſeuntibus, totam quoque idiomatis Alamannici orthographiam non parum convellit ac turbat. Incertæ hujus incultæq; ſcriptionis rationem ipſis Francis imputat Otfridus in ſuâ ad Luitbertum Maguntiacenſem archiepiſcopum epiſtolâ, quam præmiſit rythmicæ tranſlationi Euangeliorum. Cæterùm de his alibi commodior erit dicendi locus.

DAnicum Iſlandicúmq; alphabetum vix quicquam à Francico diſcrepant; niſi quod Danis atque Iſlandis ø eſt o breve. Iſlandi adhæc expreſſuri literam Thorn,

Digitized by Google

Thorn, *quæ valet* TH, *adhibent Cimbricum* Duſs, *ſcribúntq;* þ *non punctatum, contra quàm in Runicis monumentis fieri aſſolet, ubi* þ *eſt* TH.

A*Nglicas denique Belgicáſq; literas notamus characteribus, apud utramque gentem nunc & olim receptiſſimis;*

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O.
P. Q. R. S. T. V. U. W. X. Y. Z.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p.
q. r. ꝛ. ſ. s. t. v. u. w. x. y. z.


Variarum literarum, quæ in hoc opere occurrunt, ratione quantum ſatis eſt expoſitâ, pergo nunc ad ipſum illud Gothicum gloſſarium quod ætate jam gravis atque affectus, poſthabitis aliis quæ operam typographi poſtulabant, feſtinantiùs quàm compoſitiùs deproperavi; non tantùm ut priſcæ Gothorum genti ac linguæ debitus tribueretur honor, ſed ut omnes quoque Philoteutones, in tam illuſtri venerandæ antiquitatis ſpecimine, genuina uberrimæ commendatiſſimæq; linguæ ſuæ primordia agnoſcentes, prono ſtudio hos meos tenues conatus exciperent ac ſtrenuè pro viribus adjutarent.

FINIS.




Digitized by Google

Digitized by Google



GLOSSARIUM GOTHICUM.

AB. AG.



ABAN NI KANN: Virum non cognosco; *Luc.* 1:34. **LIBANDEI MIÞ ABIN JERA SIBUN**: Vivens cum viro annis septem; *Luc.* 2:36. **JABAI QINŌ AFLETIÞ ABAN SEINANA**: Si uxor dimiserit virum suum; *Marc.* 10:12. **DU MAGAÞAI IN FRAGIFTIM ABIN**: Ad virginem desponsatam viro; *Luc.* 1:27.

ABRS, Validus, vehemens. **ABRABA**, Valdè, vehementer. **HUHRUS ABRS**: Fames valida; *Luc.* 15:14. **OHTEDUN ABRABA**: Timuerunt valdè; *Matth.* 27:54. **MIKILS ABRABA**: Magnus valdè; *Marc.* 16:4.

ABU ÞUS SILBIN ÞU ÞATA QIÞIS: A temet ipso hoc dicis? ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις; *Joh.* 18:34. **ABU** *hoc fecerunt ex* **AF**, *sicuti* **UBUH** *ex* **UF**. *quod vide suo loco.*

AGGILUS, Angelus, *Luc.* 1:11, 13, 19, 26, 28, 30, *&c.* **AGGILJUS**, Angeli; *Marc.* 12:25. *Luc.* 2:15. **AGGILEIS**, *Marc.* 1:13. *Anglosax.* ænglaſ. englaſ. *Alam.* engila. *Gall.* anges. *Ital.* angeli. *Hisp.* angelos. *Dan.* engle. *Angl.* angels. *Belg.* engelen. *Græcis* ἄγγελοι. *Vide quæ diximus in annotatis ad Tatiani* II, 4.

AGGWU DAUR, Angusta porta; *Matth.* 7:14. *Alamannis* einger / engi

 est

Digitized by Google

est Arctus, angustus. *Belg.* **eng / enghe**. *Videtur esse ex* ἄγχειν, *quod non modò* Fauces constringere *significat, verùm etiam quovis alio modo* Premere, elidere.

𐌰𐌲𐌹𐍃 𐌳𐌹𐍃𐌳𐍂𐌰𐌿𐍃 𐌹̈𐌽𐌰: Timor irruit super eum; *Luc.* 1: 12. **𐌳𐌹𐍃𐍃𐌰𐍄 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌽𐍃 𐌰𐌲𐌹𐍃**: Invasit omnes timor; *Luc.* 7: 16. **𐌹̈𐌽 𐌰𐌲𐌹𐍃𐌹𐍃 𐌹̈𐌿𐌳𐌰𐌹𐌴**: Propter metum Judæorum; *Joh.* 7: 13. **𐍅𐌴𐍃𐌿𐌽 𐌿𐍃𐌰𐌲𐌹𐌳𐌰𐌹**: Erant metu perculsi; *Marc.* 9: 6. **𐌿𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽**: Sinè timore; *Luc.* 1: 74. *Videtur etiam huc facere illud Cædmonis* 40, 23; ıc me onaȝen mæȝ, Metuendum est mihi. *Vide quæ de vocabuli origine dicimus in* **𐍉𐌲𐌰𐌽**, Metuere.

𐌰𐌲𐌻𐌰𐌹𐍄𐌴𐌹, Impudicitiæ; ἀσέλγειαι. *Marc.* 7: 22.

𐌰𐌲𐌻𐍉, Tribulatio; *Marc.* 13: 19. **𐌱𐌹 𐌸𐌴 𐌵𐌹𐌼𐌹𐌸 𐌰𐌲𐌻𐍉 𐌰𐌹𐌸𐌸𐌰𐌿 𐍅𐍂𐌰𐌺𐌾𐌰𐌹 𐌹̈𐌽 𐌸𐌹𐍃 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌳𐌹𐍃**: Ortâ tribulatione aut persecutione propter verbum; *Marc.* 4: 17. **𐌹̈𐌽 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍈𐌰𐌿 𐌰𐌲𐌻𐍉𐌽𐍃 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌹𐌳**: In mundo pressuram habebitis; *Joh.* 16: 33. *Huc omnino refer Anglosaxonicum* eȝlıan *vel* eȝlan, *Anglicum item* **to aile** / Molestum esse, nocere. *Quum enim Anglosaxones dicunt*, hƿæt eȝleð ðe. *& Angli*, **What aileth thee?** *videntur mihi satis manifestè exprimere Græcum* τί ἀλγεῖς; Quid tibi deest? quid ægrè te habet? quid te turbat? *ut* **𐌰𐌲𐌻𐍉** *&* eȝlıan, *per usitatissimam ac minimè duram literarum metathesin, sit ex* ἀλγεῖν, Dolere, molestiis cruciari.

𐌰𐌲𐌻𐌿 𐌹̈𐍃𐍄, Difficile est; *Marc.* 10; 24. **𐌰𐌲𐌻𐌿𐌱𐌰**, Difficulter; *Marc.* 10: 23. *Luc.* 18: 24. *Quemadmodum attento Lectori primo statim intuitu perspicuum fit hæc pertinere ad ea quæ diximus in* **𐌰𐌲𐌻𐍉**, Tribulatio, *ita &* ἀγλύεσθαι *(quod fortassè quoque huc facit) Hesychio exp.* βλάπτεσθαι, Damno affici, lædi.

𐌰𐍆, A, ab, abs; ἀπό. *Matth.* 5: 18. *Matth.* 7: 4, 28. **𐌻𐌰𐌿𐍃𐌴𐌹 𐌿𐌽𐍃 𐌰𐍆 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌿𐌱𐌹𐌻𐌹𐌽**: Libera nos à malo; *Matth.* 6: 13.
𐌰𐍆 𐌹̈𐌼 𐌲𐌰𐍆𐌿𐌻𐌲𐌹𐌽 𐍅𐌰𐍃: Ab eis absconditum erat; *Luc.* 18: 34.
𐌰𐍆 𐌼𐌹𐍃𐍃𐌹𐌻𐌱𐌹𐌽: A me ipso; *Joh.* 8: 28.
𐌰𐍆 𐍃𐌹𐍃𐍃𐌹𐌻𐌱𐌹𐌽: A semet ipso; *Joh.* 15: 4. 16: 13.
𐌰𐍆 𐍆𐌰𐌹𐍂𐌲𐌿𐌽𐌾𐌰: De monte; ἀπὸ τοῦ ὄρους. *Matth.* 8: 1.
𐌰𐍆𐌽𐌹𐌼𐌰𐌳𐌰 𐌰𐍆 𐌹̈𐌼𐌼𐌰: Auferetur ab eo; *Luc.* 19: 26.
𐍅𐌰𐌹𐍂𐍀 𐌰𐍆 𐌸𐌿𐍃: Projice abs te; *Matth.* 5: 29, 30.
𐌰𐍆 𐍃𐌰𐌿𐍂𐌾𐍉𐌼: A sollicitudinibus; ὑπὸ μεριμνῶν. *Luc.* 8: 14.
𐌰𐍆 𐌷𐌰𐌹𐌸𐌾𐌰𐌹: De agro; ἐκ τοῦ ἀγροῦ. *Luc.* 17: 7.
𐌰𐍆 𐍄𐌰𐌹𐌷𐍃𐍅𐍉𐌼 𐍃𐌹𐍄𐌰𐌽: Ad dexteram sedere; ἐκ δεξιῶν καθίσαι. *Marc.* 9: 40.

𐌰𐍆-

Digitized by Google

𐌰𐍆𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽: Negare, abnegare. 𐌳𐌿𐌲𐌰𐌽𐌽 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽 𐌾𐌰𐌷 𐍃𐍅𐌰𐍂𐌰𐌽: Cœpit anathemizare & jurare; *Marc.* 14: 71. Cœpit anathemizare, *i. cœpit notitiam Christi, caput suum diris execrationibus devovendo, abjurare.* 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌺𐌹𐍃 𐌼𐌹𐌺 𐌸𐍂𐌹𐌼𐍃𐌹𐌽𐌸𐌰𐌼: Negabis me ter; *Matth.* 26: 75. 𐌾𐌰𐌱𐌰𐌹 𐍈𐌰𐍃 𐍅𐌹𐌻𐌹 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌼𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽. 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌺𐌰𐌹 𐍃𐌹𐌺 𐍃𐌹𐌻𐌱𐌰𐌽: Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum; *Luc.* 9: 23. 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌰𐌹𐌺, Negavit; *Marc.* 14: 68. *Joh.* 18: 25 *&* 27. *Huic* 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽 *opponitur* 𐌰𐌽𐌳𐌷𐌰𐌹𐍄𐌰𐌽, *sicuti videre est Matth.* 10: 32 *&* 33. *De origine verbi* 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽 *nihil etiamnum certi, quod statuam, habeo: nisi quis fortè censeat verisimiliter posse deduci ab* 𐌰𐌹𐌲𐌰𐌽, Habere, possidere. *ut* 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽 *dictum sit quasi* 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌲𐌰𐌽, *Proprietatem vel possessionem alicujus rei abdicare ac testari nihil ad se rem istam pertinere.*

𐌰𐍆𐌰𐌹𐍂𐌶𐌹𐌳𐌰𐌹 𐍃𐌹𐌾𐌿𐌸: Seducti estis; πεπλάνησθε. *Joh.* 7: 47. 𐌰𐍆𐌰𐌹𐍂𐌶𐌾𐌰𐌽, Seducere; ἀποπλανᾷν. *Marc.* 13: 22. *Refer ad* 𐌰𐌹𐍂𐌶𐌾𐌰𐌽, Seducere.

𐌰𐍆𐌰𐍂, Post; μετά. 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌸𐍂𐌹𐌽𐍃 𐌳𐌰𐌲𐌰𐌽𐍃 𐌿𐍂𐍂𐌴𐌹𐍃𐌰: Post tres dies resurgam; *Matth.* 27: 63. *Marc.* 9: 2. *Luc.* 15: 13. 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻, Post pusillum; *Matth.* 26: 73. 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌰𐍄𐌹𐌷𐌳𐌰𐌽𐍃 𐍅𐌰𐍂𐌸 𐌹̈𐍉𐌷𐌰𐌽𐌽𐌴𐍃: Postquam traditus est Johannes; *Marc.* 1: 14. 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌵𐌰𐌸 𐌹̈𐌽 𐍃𐌹𐍃 𐍃𐌹𐌻𐌱𐌹𐌽: Post hæc dixit intra se; *Luc.* 18: 4. *Joh.* 6: 1. 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌸𐍉 𐌰𐌲𐌻𐍉𐌽 𐌾𐌰𐌹𐌽𐌰: Post tribulationem illam; *Marc.* 13: 24. 𐌰𐍆𐌰𐍂, Post, retrò; ὀπίσω. 𐌷𐌹𐍂 𐌲𐌰𐍄𐍃 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌼𐌹𐍃: Venite post me: *Marc.* 1: 17. 𐍃𐌰𐌴𐌹 𐍅𐌹𐌻𐌹 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌼𐌹𐍃 𐌻𐌰𐌹𐍃𐍄𐌾𐌰𐌽: Si quis vult me sequi; *Marc.* 8: 34. 𐌹̈𐌳𐌳𐌾𐌰 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌹̈𐌼𐌼𐌰: Secutus est eum; *Matth.* 9: 9.

𐌰𐍆𐌰𐍂 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌳𐌰 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌰𐌼𐌼𐌰: In verbo tuo; ἐπὶ τῷ ῥήματί σου. *Luc.* 5: 5. 𐌷𐌰𐌹𐌷𐌰𐌹𐍄𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌽𐌰𐌼𐌹𐌽 𐌰𐍄𐍄𐌹𐌽𐍃 𐌹̈𐍃: Vocabant eum nomine patris sui; ἐκάλουν αὐτὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. *Luc.* 1: 59.
𐌰𐍆𐌰𐍂𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽, Sequi; *Marc.* 5: 37. *Vide* 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽, Ire.
𐌰𐍆𐌰𐍂𐌻𐌰𐌹𐍃𐍄𐌾𐌰𐌽, Sequi; *Marc.* 8: 34. *Vide* 𐌻𐌰𐌹𐍃𐍄𐌾𐌰𐌽.

𐌰𐍆𐌰𐍂, Vices. 𐌿𐍃 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌰𐌱𐌹𐌾𐌹𐌽𐍃: De vice Abiâ; ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά. *Luc.* 1: 5. *Vide interim an non illud* 𐌿𐍃 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌰𐌱𐌹𐌾𐌹𐌽𐍃 *tantundem sit ac si dicas, De illâ vice quam Abiæ posteri in suo ordine observant. Anglosaxonibus nempe* aforan. eaforan. eoferan *dicebantur* Posteri, successores. *Ita Cain & Abel dicuntur Adami atque Evæ* aforan. *Cædmon* 23, 21. *Enos quoque dicitur* eafora *Caini.* 25, 17. *Abrahamus denique nuncupatur* Ðares afera. 45, 10.

Digitized by Google

45, 10. *quibus adde illud Bedæ* III, 18; heold East-engla rice æfter Eorp-walde Rædwaldes eaferan :. Præfuit orientalium Anglorum regno post Eorpwaldum Redwaldi successorem. *Hæc nemo non referet ad antecedens* **AFAR**, Post.

AFGAGGANDANS, Descendentes, discedentes; ἀποβάντες. *Luc.* 5 : 2. **AFÏDDJA SUNDRO**: Secessit seorsum; ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν. *Luc.* 9 : 10. *Refer ad* **GAGGAN**.

AFGALEIÞANDAM ÞAIM AIRUM ÏOHANNES: Cum discessissent nuntii Johannis; *Luc.* 7 : 24. *Refer ad* **LEIÞAN**.

AFGRUNDIÞA, Abyssum; *Luc.* 8 : 31. *Alamannis* afgrunde *vel* abcrunt *est* Abyssus. *Belgis* afgrond. *Appellationis ratio satis est manifesta*.

AFDAILJA TAIHUNDONDAI ALLAIS ÞIZE GASTALDA: Decimas do omnium quæ possideo; ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. *Luc.* 18 : 12. *Refer ad* **DAILA**, Pars, portio.

AFDAUÏDAI WESUN AND FRAWAURPANAI SWE LAMBA NI HABANDONA HAIRDEIS: Vexati erant & projecti sicuti oves non habentes pastorem; *Matth.* 9 : 36. *propriè Moribundi, languidi, viribus defecti. Danis certè* døe *est* Mori, *Anglis* die / *Alamannis verò* douuan. *Otfridus* IV, 23, 45;

Er scal irsterban thuruh not/
So uuizod unser zeinot/
Joh douuan sinen uuorton
An therero manno hanton.

& rursus V, 12, 45;

Tho er bi unsih uuolta douuen/
Mit thiu thia uuorolt frouuen.

vide quoque III, 25, 51. *item* III, 26, 80.
Rhythmus de S. Annone, § 27;

Da mohte man sin douuuin/
Durch helme uirhouuuin/
Des richin Pompeiis man/
Da Cesar den sige nam.

AFDAUÞJAN, Morti tradere; *Marc.* 14 : 55. **EI AFDAUÞIDEDEINA ÏNA**: Ut eum morti traderent; *Matth.* 27 : 2. **DAUÞAU AFDAUÞJAIDAU**: Morte moriatur; *Marc.* 7 : 10. *Refer ad* **DAUÞS**, Mortuus.

AF-

Digitized by Google

𐌰𐍆𐌳𐍉𐌱𐌽, Obmutefce; *Luc.* 4: 35. *pro eo occurrit* 𐌰𐍆𐌳𐌿𐌼𐌱𐌽 *Marci* 4: 39. *quod poſtremum pronuntiatu difficilius eſt, ob concurſum plurium in fine vocis conſonantium: ita ut* 𐌰𐍆𐌳𐍉𐌱𐌽 *videri poſſint induxiſſe, qui duriorem verbi enuntiationem ſtudebant emollire. Refer utrumque ad* 𐌳𐌿𐌼𐌱𐌰, Mutus.

𐌰𐍆𐌳𐍉𐌼𐌾𐌰𐌽, Anathematizare, deteſtari; *Matth.* 26: 74. 𐌽𐌹 𐌰𐍆𐌳𐍉𐌼𐌾𐌰𐌹𐌳. 𐌾𐌰𐌷 𐌽𐌹 𐌰𐍆𐌳𐍉𐌼𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰: Nolite condemnare, & non condemnabimini; *Luc.* 6: 37. 𐍃𐌰 𐍂𐌴𐌹𐌺𐍃 𐌸𐌹𐍃 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍈𐌰𐌿𐍃 𐌰𐍆𐌳𐍉𐌼𐌹𐌸𐍃 𐍅𐌰𐍂𐌸: Princeps hujus mundi judicatus eſt; *Joh.* 16: 11. *Refer ad* 𐌳𐍉𐌼𐌾𐌰𐌽, Judicare.

𐌰𐍆𐌳𐍂𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Præcipitare. *vide* 𐌳𐍂𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Ex alto deorſum deturbare.

𐌰𐍆𐌳𐌿𐌼𐌱𐌽, Obmutefce; *Marc.* 4: 39. *Refer ad* 𐌳𐌿𐌼𐌱𐌰, Mutus.

𐌰𐍆𐌴𐍄𐌾𐌰, Vorax. 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰 𐌰𐍆𐌴𐍄𐌾𐌰: Homo vorax; *Matth.* 11: 19. 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰 𐌰𐍆𐌴𐍄𐌴𐌹: Homo devorator; *Luc.* 7: 34. *Ex hac geminâ voce compoſitâ videor mihi liquidò deprehendere Gothos vetuſtiores non tam* 𐌹̈𐍄𐌰𐌽 *quàm* 𐌴𐍄𐌰𐌽 *ſcripſiſſe; quandoquidem veteris orthographiæ ratio plerumque ſolet incorruptiùs ſervari in compoſitis. Atque adeò quoque credo hanc orthographiam perduràſſe, uſque dum gens maſcula initiale illud* 𐌴 *tenue ubique ferè commutavit in* 𐌰. 𐌰𐌹. 𐌴𐌹. *vel* 𐌹.

𐌰𐍆𐍆𐌰𐌻𐌷𐍄 𐌸𐍉 𐍆𐌰𐌿𐍂𐌰 𐍃𐌽𐌿𐍄𐍂𐌰𐌹𐌼: Abſcondiſti hæc à ſapientibus; *Luc.* 10: 21. *Refer ad* 𐍆𐌿𐌻𐌲𐌹𐌽, Occultum.

𐌰𐍆𐌷𐍉𐌻𐍉𐌳𐌰, Defraudavi; ἐσυκοφάντησα, *Luc.* 19: 8. *Vide* 𐌷𐍉𐌻𐍉𐌽.

𐌰𐍆𐌷𐍂𐌹𐍃𐌾𐌰𐌹𐌸 𐌼𐌿𐌻𐌳𐌰 𐌰𐍆 𐍆𐍉𐍄𐌿𐌼 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂𐌰𐌹𐌼: Excutite pulverem de pedibus veſtris; *Luc.* 9: 5. *Vide* 𐌷𐍂𐌹𐍃𐌾𐌰𐌽.

𐌰𐍆𐌻𐌰𐌲𐌾𐌰𐌽, Ponere, deponere; θεῖναι. *Joh.* 10: 18. *Refer ad* 𐌻𐌰𐌲𐌾𐌰𐌽.

𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌻𐍉𐍄 𐌹̈𐌾𐌰 𐍃𐍉 𐌷𐌴𐌹𐍄𐍉: Reliquit eam febris; *Matth.* 8: 15. 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌻𐍉𐍄 𐌰𐌷𐌼𐌰𐌽: Emiſit ſpiritum; *Matth.* 27: 50. 𐍅𐌴𐌹𐍃 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌻𐍉𐍄𐌿𐌼 𐌰𐌻𐌻𐌰: Nos dimiſimus omnia; *Marc.* 10: 28. *Refer ad* 𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽, Linquere, ſinere, dimittere.

𐌰𐍆𐌻𐌴𐌹𐍄𐌰𐌽 𐍆𐍂𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌹𐌽𐍃, Dimittere peccata; *Matth.* 9: 6. *pro quo Marci* 2: 7. *& Lucæ* 5: 21 *habes* 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽 𐍆𐍂𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌹𐌽𐍃. *&* 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰 𐌸𐌿𐍃 𐍆𐍂𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌴𐌹𐍃: Dimittuntur tibi peccata; *Matth.* 9: 5. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌹𐌸, Dimittit; *Matth.* 6: 15. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌰𐌹𐍃 𐌹̈𐌼-

𐌼𐌰: Dimitte ei; *Luc.* 17:4. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌰𐌼, Dimittimus; *Matth.* 6:12. 𐌳𐌿 𐌰𐍆𐌻𐌰𐍄𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹 𐍆𐍂𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌴: In remissionem peccatorum; *Marc.* 1:4. *Anglosaxonibus* ꝼoꞃlætan ȝyltaꞅ *est* Dimittere delicta. ꝼoꞃlætnyꞅꞅ ꞅynna, Remissio peccatorum. *Alamannis* **furlazan sunta** *est* Remittere peccata. **furlaznes suntono** / Remissio peccatorum. *Propriùs igitur Gothi exprimunt Græcum* ἀφίημι *&* ἄφεσις. *at vett Belgæ propiùs accedebant ad Gothos, cùm* **aflaeten** *iis erat* Dimittere peccata. *unde adhuc remansit* **aflaet** / **aflaet-brief van den Paus** / Indulgentiæ, *j. Romani pontificis litteræ veniales. Danis* afflad. *Dicebant tamen Gothi etiam* 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽. *Ita legimus Lucæ* 6:37; 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌴𐍄𐌰𐌹𐌳 𐌾𐌰𐌷 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌴𐍄𐌰𐌹𐌳𐌰: Dimittite & dimittemini. *Iterum Lucæ* 17:3; 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌴𐍄𐌰𐌹𐍃 𐌹̈𐌼𐌼𐌰: Dimitte illi. *denique Marci* 3:29; 𐌽𐌹 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌹𐌸 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄 𐌰𐌹𐍅: Non habet remissionem in æternum.

𐌰𐍆𐌻𐌴𐌹𐌸𐌹𐌸 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍂𐌰 𐌼𐌹𐍃: Discedite à me; *Matth.* 7:23. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐌹𐌸𐌹𐌸, Recedite; *Matth.* 9:24. 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌸 𐌳𐌿 𐌼𐌰𐍂𐌴𐌹𐌽: Secessit ad mare; *Marc.* 3:7. 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌸 𐌰𐌻𐌾𐌰𐌸: Profectus est peregre; *Marc.* 12:1. 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌸 𐌾𐌴𐍂𐌰 𐌲𐌰𐌽𐍉𐌷𐌰: Peregre fuit annis multis; *Luc.* 20:9. *Refer ad ea quæ fusè dicimus in* 𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽.

𐌰𐍆𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌰𐌻𐌻𐌰𐍄𐌰: Relinquentes omnia; *Luc.* 5:11. *Vide an non referri possit ad ea quæ diximus in* 𐌱𐌹𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽, Relinquere.

𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽 𐌵𐌴𐌽, Repudiare, dimittere uxorem; *Marc.* 10:4. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐌹𐍄𐌰𐌽𐌰 𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐌹𐌸: Dimissam à viro ducit; *Luc.* 16:18.

𐌰𐍆𐌻𐌹𐍆𐌽𐌰𐌽, Restare, superesse, residuum esse, relinqui. 𐍃𐌹𐌻𐌱𐍉 𐌰𐍆𐌻𐌹𐍆𐌽𐌹𐌸 𐌰𐌹𐌽𐌰𐍄𐌰: Ipsum manet solum; *Joh.* 12:24. 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌰𐍆𐌻𐌹𐍆𐌽𐍉𐌳𐌰 𐌹̈𐌼: Quod superfuit illis; *Luc.* 9:17. 𐌰𐍆𐌻𐌹𐍆𐌽𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹𐌽𐍃 𐌳𐍂𐌰𐌿𐌷𐍃𐌽𐍉𐍃 𐌲𐌰𐌻𐌹𐍃𐌹𐌸: Reliqua fragmenta colligite; *Joh.* 6:12. *cui affine est illud Marci* 8:8; 𐌻𐌰𐌹𐌱𐍉𐍃 𐌲𐌰𐌱𐍂𐌿𐌺𐍉 𐌿𐍃𐌽𐌴𐌼𐌿𐌽: Quod supererat de fragmentis sustulerunt. ꞅumeꞅ ðinȝeꞅ laꝼe, Reliquiæ; *gr Ælfrici, cap.* 13. **aleibon** / Reliquiæ; *gl Lipsii.* **farleipter** / Reliquum. **aleiba** / Residua; *gl B*, 46. **za leibu ist** / Reliquum est; *gl A*, 11. **pilibe** / Maneat. **piliben** / Remanent. **za leibu ist** / Restat; *Kero. Græcis* λείπειν, ἀπολείπειν *est* Linquere, relinquere. *Vide annotata ad Tatiani* CCXI, 1.

𐌰𐍆𐌼𐌰𐌹𐍄 𐌸𐍉: Eruc eam; *Matth.* 5:30. 𐌰𐍆𐌼𐌰𐌹𐍄 𐌸𐍉: Ascinde illam; *Marc.* 9:43. 𐌰𐍆𐌼𐌰𐌹𐌼𐌰𐌹𐍄 𐌹̈𐌼𐌼𐌰 𐌷𐌰𐌿𐌱𐌹𐌸 𐌹̈𐌽 𐌺𐌰𐍂𐌺𐌰𐍂𐌰𐌹: Decollavit eum in carcere; *Marc.* 6:27.

𐌰𐍆-

Digitized by Google

AFMAIMAIT IMMA AUSO TAIHSWO: Abscidit ei auriculam dexteram; *Joh.* 18: 10. *Refer ad* MAITAN, Concidere, conscindere, præsecare.

AFMARZJAN, Scandalizare. AFMARZEINS GABEINS: Deceptio divitiarum. *Vide quæ dicimus in* MARZJAN.

AFNIMAN ÏDWEIT: Auferre opprobrium; *Luc.* 1: 25.
AFNIMADA IMMA ÞATEI HABAIÞ: Auferetur ab eo quod habet; *Marc.* 4: 25. *Luc.* 8: 18.
AFNIMANDS INA AF MANAGEIN SUNDRO: Apprehendens eum de turbâ seorsum; *Marc.* 7: 33. *Refer ad* NIMAN, Capere, apprehendere.

AFƕAPJAN, Suffocare, exstinguere.
AFƕAPJAND, Suffocant; Marc. 4: 19.
AFƕAPNAND, Suffocantur; *Luc.* 8: 14.
AFƕAPNODEDUN IN MAREIN: Suffocabantur in mari; Marc. 5: 13.
AFƕAPIDEDUN, Suffocaverunt; *Marc.* 4: 7. ÞAREI FON NI AFƕAPNIÞ: Ubi ignis non exstinguitur; Marc. 9: 48. IN FON ÞATA UNAFƕAPNANDO: In ignem inexstinguibilem; Marc. 9: 43 & 45.

AFSATJAN, Amovere aliquem ab hac vel illâ functione. *Belgis* afsetten. BI ÞE AFSATJAIDAU US FAURAGGJA: Cum amotus fuero à villicatione; *Luc.* 16: 4. *Refer ad* SATJAN.

AFSATJAN QEN, Dimittere uxorem; Marc. 10: 2. AFSATEINAIS BOKOS MELJAN: Repudii libellum scribere; Marc. 10: 4.

AFSLAHAM INA: Occidamus illum; *Luc.* 20: 14.
AFSLOHUN INA: Occiderunt illum; Marc. 12: 5.
AFSLOH IMMA AUSO: Amputavit illi auriculam; Marc. 14: 47.
Refer ad SLAHAN, Percutere.

AFSLAUÞNODEDUN ALLAI, Mirati sunt omnes; Marc. 1: 27. AFSLAUÞNODEDUN IN WAURDAM IS: Obstupescebant in verbis ejus; *Marc.* 10: 24. JAH WARÞ AFSLAUÞNAN ALLANS: Et factum est ut omnes expavescerent; *Luc.* 4: 36. *Videri possunt affinitatem aliquam habere cum* SLAWAN, Tacere; *propter silentium illud intra quod se tenere solent formidine vel admiratione tacti*. Auferunt nobis vocem, quæ fieri posse non credimus; & silentium est admiratio subita miserorum; *Quint. declam.* II. *Nisi quis fortè putabit propiùs accedere ad Anglosaxonicum* slapan *vel* aslapan, In securitatem segnitiémq; otio solvi. *unde* slæpð *vel* slepð, Pigritia, inertia. *Anglis*

Digitized by Google

Anglis **sloth**. *Solent enim homines admiratione vel metu externati in eodem vestigio ac statu aliquamdiu perdurare & immoti defixiq; veluti per inertiam torpere.*

𐌰𐍆𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐌳 𐌹̈𐌽 𐌼𐌴𐌻𐌰 𐍆𐍂𐌰𐌹𐍃𐍄𐌿𐌱𐌽𐌾𐍉𐍃: Recedunt in tempore tentationis; *Luc.* 8: 13. 𐌰𐍆𐍃𐍄𐍉𐌸 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍂𐌰 𐌹̈𐌼𐌼𐌰 𐌿𐌽𐌳 𐌼𐌴𐌻: Recessit ab eo ad tempus; *Luc.* 4: 13.

𐌰𐍆𐍃𐍄𐌰𐍃𐍃𐌰𐌹𐍃 𐌱𐍉𐌺𐍉𐍃 𐌲𐌹𐌱𐌰𐌹 𐌹̈𐌶𐌰𐌹: Repudii libellum det ei; *Matth.* 5: 31.

𐌰𐍆𐍃𐍄𐌴𐌹𐌲 𐌳𐌰𐌻𐌰𐌸: Descende; *Luc.* 19: 5. *Vide quæ in* 𐍃𐍄𐌴𐌹-𐌲𐌰𐌽 *annotamus*.

𐌰𐍆𐍄𐌰𐌽𐌰, Retrò; ὄπισθεν. *Marc.* 5: 27.
𐌰𐍆𐍄𐌰𐍂𐍉, Retrò; ὄπισθεν. *Matth.* 9: 20.
𐌳𐌿 𐌰𐍆𐍄𐌰𐍂𐍉; Retrò; ὄπισθεν. *Luc.* 8: 44.
𐌰𐍆𐍄𐌿𐌼𐌹𐍃𐍄𐍃, Novissimus; ἔσχατος. *Marc.* 9: 35.
𐌰𐍆𐍄𐌿𐌼𐌰𐌽𐍃, Novissimi; ἔσχατοι. *Marc.* 10: 31.
𐌰𐍆𐍄𐌿𐌼𐌹𐍃𐍄 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌹𐌸 𐌳𐌰𐌿𐌷𐍄𐌰𐍂 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰: In extremis est filia mea; ἐσχάτως ἔχει τὸ θυγάτριόν μου. *Marc.* 5: 23.

𐌰𐍆𐍄𐌰𐌿𐍂𐌽𐌹𐌳, Rumpit; *Luc.* 5: 36. *Vide* 𐍄𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽, Rumpere.

𐌰𐍆𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Reducere. 𐌷𐌰𐌹𐌷𐌰𐌹𐍄 𐌹̈𐌽𐌰 𐌰𐍆𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽 𐍆𐌰𐌹𐍂-𐍂𐌰 𐍃𐍄𐌰𐌸𐌰 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻: Rogavit eum à terrâ reducere [*navem*] pusillùm; *Luc.* 5: 3. 𐌰𐍆𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌹̈𐌽𐌰 𐍀𐌰𐌹𐍄𐍂𐌿𐍃: Apprehendens eum Petrus; *Marc.* 8: 32. *Pertinet ad* 𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Ducere, trahere.

𐌰𐍆𐍄𐍂𐌰, Denuò, rursus, iterum; πάλιν. *Matth.* 5: 33. *Marc.* 10: 1, 10. 12: 4. *Joh.* 9: 27. 11: 8. *Anglosaxonibus* eft *est* Iterum. *Cimbris* ᛅᛒᛏᚢᚱ. *Alamannis* **abur. auur. auor. auar.** *quæ videntur affinia Græco* ἂν *vel* αὖθις *vel* αὖθι *vel* αὖθις. Rursus. *Quemadmodum enim Theotiscum* **auur** *videri potest desumpta ex* αὖ. *ita Anglosaxonicum* eft *& Gothicum* 𐌰𐍆𐍄𐍂𐌰 *videri possunt factum ex* αὖθι. *siquidem antiquiores Græci putantur* ἄφθι *pronuntiâsse pro* αὖθι.

𐌰𐍆𐍄𐍂𐌰𐌷𐌰𐌹𐍄𐌰𐌽 *est* Reinvitare, *i. rursus invitare eum qui prior invitaverat.* *Luc.* 14: 12.

𐌰𐍆𐌸𐌻𐌹𐌿𐌷𐌹𐌸, Fugit; *Joh.* 10: 13. *Refer ad* 𐌸𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Fugere.

𐌰𐍆𐌸𐍅𐌰𐌷𐌰𐌽, Lavare, abluere; *Joh.* 9: 11. *Refer ad* 𐌸𐍅𐌰𐌷𐌰𐌽.

𐌰𐍆𐌵𐌹𐌸𐌹𐌸 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌰𐌹𐌲𐌹𐌽𐌰 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌼𐌼𐌰: Renuntiat omnibus

bus quæ possidet; ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσι. *Luc.* 14: 33.

𐌰𐍆𐍅𐌰𐌹𐍂𐍀𐌰𐌽 𐍃𐍄𐌰𐌹𐌽𐌰𐌼, Lapidare; λιθάσαι. *Joh.* 11: 8.
𐌰𐍆𐍅𐌰𐌹𐍂𐍀𐌰𐌽𐌳𐍃 𐍅𐌰𐍃𐍄𐌾𐌰𐌹 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹: Projiciens vestimentum suum; *Marc.* 10: 50. *Refer ad* 𐍅𐌰𐌹𐍂𐍀𐌰𐌽, Mittere, projicere.

𐌰𐍆𐍅𐌰𐌻𐍅𐌹𐌸𐍃 𐌹̈𐍃𐍄 𐍃𐌰 𐍃𐍄𐌰𐌹𐌽𐍃: Revolutus est lapis; *Marc.* 16: 4. *Refer ad* 𐍅𐌰𐌻𐍅𐌾𐌰𐌽, Volvere, revolvere.

𐌰𐌾𐌿𐌺𐌳𐌿𐌸. 𐌻𐌹𐌱𐌰𐌹𐌸 𐌹̈𐌽 𐌰𐌾𐌿𐌺𐌳𐌿𐌸: Vivet in æternum; ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. *Joh.* 6: 51 *&* 58. *Anglis* age *est Ætas. Quisquis verò attendet ad ea quæ in Gothico nostro alphabeto diximus de affinitate literæ* 𐌾 *cum J consono, facilè quoque concedet* 𐌰𐌾𐌿𐌺𐌳𐌿𐌸 *&* age *referri posse ad* αἰὼν, Ævum.

𐌰𐌷𐌰𐌺𐍃, Columba. 𐌰𐍄𐌹̈𐌳𐌳𐌾𐌰 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐍃𐌰 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰 𐍃𐍅𐌴 𐌰𐌷𐌰𐌺𐍃 𐌰𐌽𐌰 𐌹̈𐌽𐌰: Descendit spiritus sanctus sicut columba in ipsum; *Luc.* 3: 22. 𐌲𐌰𐍃𐌰𐍈 𐌰𐌷𐌼𐌰𐌽 𐍃𐍅𐌴 𐌰𐌷𐌰𐌺 𐌰𐍄𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽 𐌰𐌽𐌰 𐌹̈𐌽𐌰: Vidit spiritum tanquam columbam descendentem in ipsum; *Marc.* 1: 10. 𐍄𐍅𐍉𐍃 𐌾𐌿𐌲𐌲𐍉𐌽𐍃 𐌰𐌷𐌰𐌺𐌴: Duos pullos columbarum; *Luc.* 2: 24. 𐍃𐌹𐍄𐌻𐌰𐌽𐍃 𐌸𐌹𐌶𐌴 𐍆𐍂𐌰𐌱𐌿𐌲𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐌴 𐌰𐌷𐌰𐌺𐌹𐌼 𐌿𐍃𐍅𐌰𐌻𐍄𐌹𐌳𐌰: Cathedras vendentium columbas evertit; *Marc.* 11. 15. *Videri potest* 𐌰𐌷𐌰𐌺𐍃 *per quandam literarum transpositionem (priùs tamen anteriore* 𐌺 *in aspirationem commutato) desumptum ex* ἄκακος, Minimè malus, innocens, simplex, ab omni fraude alienus. *Huc facit locus Otfridi* I, 25, 49. *ubi rationem reddit cur Sanctus spiritus specie columbæ descenderit in Christum baptizatum.*

Er uuas dubun gilih/
  Thaz uuas so gilumphlih/
Thuruh ira guati
  Joh thas mammunti.
Thar n' ist gallun ana uuiht/
  Ouh bitteres na uuiht;
Mit snabilu ni uuinnit/
  Ouh mit fuazin ni krimmit.
So ist ther heilego geist.
  Thiu sconi ist al in imo meist.
Suaznissi inti guati/
  Joh mammunti gimuati. *&c.*

𐌰𐌷𐌰𐌽𐌰 𐌹̈𐌽𐍄𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹𐌸 𐍆𐌿𐌽𐌹𐌽 𐌿𐌽𐍈𐌰𐍀𐌽𐌰𐌽𐌳𐌹𐌽: Paleas comburet

buret igne inextinguibili; τὸ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. *Luc.* 3: 17. *Affine huic videtur illud Alamannici glossarii D*, 10; Festuca, agena. Arista, idem. *Fortassè quoque videbuntur aliquibus* 𐌰𐌷𐌰𐌽𐌰 *&* agana *non ita multùm recessisse ab* ἄχυρον.

𐌰𐌷𐌾𐌰𐌽, Arbitrari. 𐌽𐌹 𐌰𐌷𐌾𐌰𐌹𐌸 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌵𐌴𐌼𐌾𐌰𐌿 𐌻𐌰𐌲𐌾𐌰𐌽 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌹 𐌰𐌽𐌰 𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰: Nolite arbitrari quia pacem veni mittere in terram; *Matth.* 10: 34. *Anglosaxonibus* ehtian *est* Æstimare, putare. *Alamannis* ahton. *Belgis* achten. ἠγίομαι, ἡγοῦμαι *Græcis est* Arbitror, puto.

𐌰𐌷𐌼𐌰, Spiritus; *Joh.* 6: 63. 𐍃𐍅𐌴𐌲𐌽𐌴𐌹𐌳 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐌼𐌴𐌹𐌽𐍃: Exultat spiritus meus; *Luc.* 1: 47. 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐍃𐌿𐌽𐌾𐍉𐍃: Spiritus veritatis; *Joh.* 14: 17. 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐍃𐌰 𐌿𐌽𐌷𐍂𐌰𐌹𐌽𐌾𐌰: Spiritus immundus; *Marc.* 1: 26. 5: 8. 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐌿𐌽𐍂𐍉𐌳𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃: Spiritus mutus; *Marc.* 9: 25. 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐍃𐌰 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰: Spiritus sanctus; *Joh.* 7: 39. 14: 26. 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐍅𐌴𐌹𐌷𐍃: Spiritus sanctus; *Luc.* 1: 35. 2: 25. 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌻𐍉𐍄 𐌰𐌷𐌼𐌰𐌽: Emisit spiritum; *Matth.* 27: 50. 𐌽𐌹 𐍅𐌹𐍄𐌿𐌸 𐍈𐌹𐍃 𐌰𐌷𐌼𐌰𐌽𐍃 𐍃𐌹𐌾𐌿𐌸: Nescitis cujus spiritus estis; *Luc.* 9: 55. *Græcis* ἄημα *est* Flatus, spiritus. *ab* ἄω *vel* ἄημι, Flo, spiro.

𐌰𐌷𐍃, Spica; *Marc.* 4: 28. 𐌰𐌷𐍃𐌰 𐍂𐌰𐌿𐍀𐌾𐌰𐌽: Spicas vellere; *Marc.* 2: 23. 𐍂𐌰𐌿𐍀𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌰𐌷𐍃𐌰: Vellebant spicas; *Luc.* 6: 1. *Anglosax.* eaꞃ. aheꞃ. *Alam.* ăr. *Dan.* ax. *Angl.* ear of corn. *Belg.* ader/ korn-ader. *Græcis est* ἀθὴρ. *Plura vide in Observatis nostris ad Willerami paginam* 73. *sicuti & Vossii etymologicum Latinum in* Arista.

𐌰𐌷𐍄𐌰𐌿 𐌳𐌰𐌲𐍉𐍃, Octo dies; *Luc.* 9: 28. 𐌱𐌹 𐌸𐌴 𐌿𐍃𐍆𐌿𐌻𐌻𐌰𐌽𐍉𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌳𐌰𐌲𐍉𐍃 𐌰𐌷𐍄𐌰𐌿: Postquam consummati sunt dies octo; *Luc.* 2: 21. 𐍅𐌰𐍂𐌸 𐌹𐌽 𐌳𐌰𐌲𐌰 𐌰𐌷𐍄𐌿𐌳𐌰𐌹𐌼: Factum est in die octavo; *Luc.* 1: 59. 𐍅𐌹𐌳𐌿𐍅𐍉 𐌾𐌴𐍂𐌴 𐌰𐌷𐍄𐌰𐌿𐍄𐌴𐌷𐌿𐌽𐌳 𐌾𐌰𐌷 𐍆𐌹𐌳𐍅𐍉𐍂: Vidua annorum octoginta quatuor; *Luc.* 2: 37. 𐌰𐌷𐍄𐌰𐌿𐍄𐌴𐌷𐌿𐌽𐌳, octoginta; *Luc.* 16: 7. *Cambrobritannis* wyth *est* octo. *Anglosaxonibus* eahta. *Alamannis* aht. *Cimbris* ᛅᛏᛏᛅ. *Danis* att. *Islandis* aatta. *Anglis* eight. *Belgis* acht. *Græcis* ὀκτώ.

𐌰𐌹𐌱𐍂𐍃, Munus; *Matth.* 5: 23.

𐌰𐌹𐌲𐌰𐌽, Habere, possidere. 𐍅𐌰𐌻𐌳𐌿𐍆𐌽𐌹 𐌰𐌹𐌷: Potestatem habeo; *Joh.* 19: 10. 𐌾𐌰𐌷 𐌰𐌽𐌸𐌰𐍂𐌰 𐌻𐌰𐌼𐌱𐌰 𐌰𐌹𐌷: Et alias oves habeo; *Joh.* 10: 6. 𐌰𐌹𐌲𐌰𐌽𐌳𐍃, Habens; *Marc.* 12: 6. *Luc.* 15: 4. 20: 28.

𐌰𐌹𐌷𐌿𐌼

Digitized by Google

AIHNM VITѲΦ: Habemus legem; *Joh.* 19: 7. FAUHѲNS FKѲ-KѲS AIΓNN: Vulpes foveas habent; *Matth.* 8: 20. AIHTA, Habebat; *Luc.* 15: 11. AIHIΔA, Habebat; *Luc.* 16: 1. NI AIHTEΔEIS VAΛΔANFNGE AINHNN ANA MIK: Non haberes potestatem ullam adversum me; *Joh.* 19: 11. *Anglosax.* aᵹan *est* Habere, possidere. *Alam.* ei-gan. *Cimbr.* ᛁᛁᚠᛅ. *Isl.* eiga. *Nemo non videt quantam hæc habeant affinitatem cum Græco* ἔχειν, Habere. *Gothis quoque* AIΓIN *vel* AIHN *est* Proprius, *item* Peculiaris ac propria possessio. *Anglosax.* aᵹen. *Alam.* eigan. *Cimbr.* ᛁᛁᚠᚾ. *Dan.* eget. *Isl.* eyga. *Angl.* own. *Belg.* eygen. *de quibus fusè egimus in annotatis ad Tatiani* XIII, 5.

AIHTKѲN, Mendicare. SAT FANK VIΓ ΔN AIHTKѲN: Sedebat juxta viam ad mendicandum; *Marc.* 10: 46. *Luc.* 18: 35. SA ÏST SAGI SAT AIHTKѲNΔS: Hic est qui sedebat mendicans; *Joh.* 9: 8. οἰκτρὸς *Græcis est* Miserandus, misericordiâ vel commiseratione dignus. οἶκτος, Misericordia, commiseratio. *Omnium nunc cogitationibus primo statim intuitu liquere puto quantam inter se habeant affinitatem* AIHTKѲNΔS *&* οἰκτρὸς. *Omnes adhæc agnoscent hanc* οἰκτρῶν *appellationem optimè competere iis qui ærumonsam vitam alimentis quotidie petendis ac repetendis sustentare coguntur, quiq; miserabili planctu ostiatim orant atque exorant exiguum quid quo fugientem animam in posterum modò diem prorogent. Quod si quis tamen censeat* AIHTKѲN *propiùs accedere ad* αἰτεῖν, Poscere, postulare, *is pro se afferet composita quoque* ἐπαιτεῖν *&* προσαιτεῖν *Græcis usurpata pro* Mendicare, *quodq; inde* αἴτης, ἐπαίτης, προσαίτης *dictus sit* Mendicus. *atque adeò quoque ab eodem* αἰτεῖν *(quemadmodum author est Eustathius in Odyss.* Σ.*)* αἰτωλὸς, *nomen gentis, tecto scommate, translatum sit ad Mendicum. Huc etiam facit quòd Argenteo codici* BIΔGAN *est* Mendicare, *Luc.* 16: 3. *ac fortasse hinc etiam* BIΔAΓVA *dicitur* Cœcus, *Joh.* 9: 8. *Alamannis* betolon *vel* petlen *est* Mendicando inopiam propulsare. betolond / Mendicans. betalari / Mendicus. *Otfridus libro* III, *capp* 20 *&* 21. *Belgis* bedelen *est* Exiguam stipem emendicare. *verbum Frequentativum à* bede / Petitio, supplicatio. *ut propriè nihil aliud sit* bedelen / *quàm Miseram illam mendicantium cantilenam sinè fine iterare. Italis* pezzente, pitocco, pitticco *fortassè dictus est Mendicus, à Teutonico* bidden *vel* pitten / Orare. *At Hispanica* picareár *vel* picardeár, *Mendicare.* Picaro, *Mendicus, desumpta putant ex Teutonico* begeren / Poscere, desiderare, concupiscere. *unde quoque promanâsse censent Anglica* beg *&* begger / Mendicare *&* Mendicus. *Cæterùm de his vide etymologicum nostrum Anglicum in* Beg.

AINFAΛΦ, Simplex. *Matth.* 6: 22. *Anglosax.* anfealð. *Alam.* einfalt. *Isl.*

Isl. einfalldur. *Dan.* enfoldig. *Belg.* eenvoudig/eenvuldig. *Facilè in his omnibus dignoscas Teutonicum* faldan/ Plicare. 𐌰𐌹𐌽𐍆𐌰𐌻𐌸 *itaque est Unius veluti plicæ. prorsus ut* Simplex *Latinis dicitur quasi Sinè plicâ*; Duplex, *duarum plicarum*; Triplex, *trium, &c.* ἁπλόος ἁπλοῦς *Græcis quoque est ab* ἁπλόω, Explico, *i. expandendo plicas omnes tollo. Huc etiam pertinet* 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐍆𐌰𐌻𐌸, Multò plura; *Luc.* 18: 30. 𐍆𐌹𐌳𐌿𐍂𐍆𐌰𐌻𐌸, Quadruplum; *Luc.* 19: 8. 𐍄𐌰𐍅𐌹𐌳𐌰 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽 𐍄𐌰𐌹𐌷𐌿𐌽𐍄𐌰𐌹𐌷𐌿𐌽𐌳𐍆𐌰𐌻𐌸: Fecit fructum centuplum; *Luc.* 8: 8.

𐌰𐌹𐌽𐍃, Unus. εἷς. 𐌰𐌹𐌽𐍃 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂𐌰 𐌲𐌰𐌻𐌴𐍅𐌴𐌹𐌸 𐌼𐌹𐌺: Unus ex vobis tradet me; *Joh.* 13: 21. 𐍆𐌰𐌽 𐌲𐍉𐌸 𐌿𐌽𐍃𐌰𐍂 𐍆𐌰𐌽 𐌰𐌹𐌽𐍃 𐌹̈𐍃𐍄: Dominus Deus noster Dominus unus est; *Marc.* 12: 29. 𐌾𐍉𐍄𐌰 𐌰𐌹𐌽𐍃 𐌰𐌹𐌸𐌸𐌰𐌿 𐌰𐌹𐌽𐍃 𐍃𐍄𐍂𐌹𐌺𐍃 𐌽𐌹 𐌿𐍃𐌻𐌴𐌹𐌸𐌹𐌸 𐌰𐍆 𐍅𐌹𐍄𐍉𐌳𐌰: Jota unum aut unus apex non præteribit à lege; *Matth.* 5: 18. 𐌸𐌰𐌽𐌰𐍃𐌴𐌹𐌸𐍃 𐌽𐌹 𐍃𐌹𐌽𐌳 𐍄𐍅𐌰. 𐌰𐌺 𐌻𐌴𐌹𐌺 𐌰𐌽: Jam non sunt duo, sed una caro; *Marc.* 10: 8. 𐌰𐌹𐌽𐍆𐌰𐌻𐌸, Simplex; *Matth.* 6: 22. *quod vide suo loco.* 𐌰𐌹𐌽𐍈𐌰𐍂𐌾𐌰𐌽𐌴𐌷 𐌹̈𐌶𐌴 𐌷𐌰𐌽𐌳𐌿𐌽𐍃 𐌰𐌽𐌰𐌻𐌰𐌲𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃: Unicuique vel singulis illorum manus imponens; ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθείς. *Luc.* 4: 40. 16: 5. 𐌰𐌹𐌽𐍃𐌷𐌿𐌽 𐌸𐌰𐌽𐌰𐍃𐌴𐌹𐌸𐍃 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐍂𐍃𐍄𐌰 𐌹̈𐌽𐌰 𐍆𐍂𐌰𐌹𐌷𐌽𐌰𐌽: Nemo exinde audebat illum interrogare; *Marc.* 12: 34. 𐌰𐌹𐌽𐍃𐌷𐌿𐌽 𐌽𐌹 𐍆𐌰𐌹𐍆𐌰𐌷 𐌹̈𐌽𐌰: Nemo apprehendit eum; *Joh.* 8: 20. 𐌰𐌹𐌽𐍃𐌷𐌿𐌽 𐌿𐍃 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌽𐌹 𐍆𐍂𐌰𐌹𐌷𐌽𐌹𐌸 𐌼𐌹𐌺: Nemo ex vobis interrogat me; *Joh.* 16: 5. 𐌽𐌹𐌷𐌸𐌰𐌽 𐌰𐌹𐌽𐍃𐌷𐌿𐌽 𐍃𐍅𐌴𐌸𐌰𐌽𐌷 𐌱𐌰𐌻𐌸𐌰𐌱𐌰 𐍂𐍉𐌳𐌹𐌳𐌰 𐌱𐌹 𐌹̈𐌽𐌰: Nemo tamen palàm loquebatur de illo; *Joh.* 7: 13. 𐌽𐌹 𐌸𐌰𐌽𐌰𐍃𐌴𐌹𐌸𐍃 𐌰𐌹𐌽𐍉𐌷𐌿𐌽 𐌲𐌰𐍃𐌴𐍈𐌿𐌽: Neminem amplius viderunt; *Marc.* 9: 8. 𐌽𐌹 𐍆𐍂𐌰𐌵𐌹𐍃𐍄𐌹𐌳𐌰 𐌹̈𐌶𐌴 𐌰𐌹𐌽𐌿𐌼𐌼𐌴𐌷𐌿𐌽: Non perdidi eorum quemquam; *Joh.* 18: 9. 𐌽𐌹𐌰𐌹𐌽𐍃𐌷𐌿𐌽 𐌼𐌰𐌲 𐌵𐌹𐌼𐌰𐌽 𐌰𐍄 𐌼𐌹𐍃: Nemo potest venire ad me; *Joh.* 6: 65. *Plura vide suo loco. Anglosaxonibus* an *est* Unus. *Cambrobritannis* un. *Alamannis* ein. *Cimbris* ᛅᛁᚾ. *Danis* en. *Islandis* eynn. *Anglis* a/an/one. *Belgis* een. *Affinia sunt Græco* εἷς, ἑνός.

𐌰𐌹𐌽𐍃, Solus; μόνος. *Luc.* 9: 36. *Joh.* 6: 15. 𐌼𐌹𐌺 𐌰𐌹𐌽𐌰𐌽𐌰 𐌱𐌹𐌻𐌴𐌹𐌸𐌹𐌸: Me solum relinquetis; *Joh.* 16: 32. 𐌽𐌹𐌱𐌰𐌹 𐌺𐌰𐌿𐍂𐌽𐍉 𐍈𐌰𐌹𐍄𐌴𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌳𐍂𐌹𐌿𐍃𐌰𐌽𐌳𐍉 𐌹̈𐌽 𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰 𐌲𐌰𐍃𐍅𐌹𐌻𐍄𐌹𐌸. 𐍃𐌹𐌻𐌱𐍉 𐌰𐌹𐌽𐌰𐍄𐌰 𐌰𐍆𐌻𐌹𐍆𐌽𐌹𐌸: Nisi granum frumenti cadens in terram moriatur, ipsum solum relinquitur; *Joh.* 12: 24. 𐌿𐍃𐍄𐌰𐌿𐌷 𐌹̈𐌽𐍃 𐌰𐌽𐌰 𐍆𐌰𐌹𐍂𐌲𐌿𐌽𐌹 𐌷𐌰𐌿𐌷 𐍃𐌿𐌽𐌳𐍂𐍉 𐌰𐌹𐌽𐌰𐌽𐍃: Duxit illos in montem excelsum seor-

Digitized by Google

scorsim solos; *Marc.* 9:2. 𐌰𐌹𐌽𐌰𐌷𐌰 𐍃𐌿𐌽𐌿𐍃: Unicus filius; μονογενὴς υἱός. *Luc.* 7:12. 𐌰𐌹𐌽𐍉𐌷𐍉 𐌳𐌰𐌿𐌷𐍄𐌰𐍂: Unica filia; μονογενὴς θυγάτηρ. *Luc.* 8:42. 𐌸𐌰𐍄 𐌰𐌹𐌽𐌴𐌹, Solùm; μόνον. *Matth.* 5:47. 8:8. 9:21.

𐌰𐌹𐍈𐌰𐍄𐌿𐌽𐌳𐌾𐌰, Rubus. βάτος. *Marc.* 12:26. *Luc.* 6:44. 20:37. *Ab hac voce Gothicâ* Æcentia *videtur medii ævi scriptoribus Alamannicis usurpatum pro* Senticeto *vel* Vepribus. *Occurrit in illâ Goldasti chartâ Alamannicâ quæ est numero* XXXIX. *Initium interim Gothicæ vocis videtur affinitatem aliquam habere cum Græco* ἀκή, Acies. *At* æcentia *videri quoque potest quàm proximè accedere ad* ἄκανθα, Spina.

𐌰𐌹𐍂, Ante, priùs. *Anglosax.* ær. *Alam.* er. *Angl.* ere. *Belg.* eer. 𐍆𐌹𐌻𐌿 𐌰𐌹𐍂 𐌸𐌹𐍃 𐌳𐌰𐌲𐌹𐍃: Valdè manè; *Marc.* 16:2. 𐌰𐌹𐍂 𐌿𐌷𐍄𐍅𐍉𐌽 𐌿𐍃𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐌳𐍃: Diluculo valdè surgens; *Marc.* 1:35. *Hæc & similia loca in Anglosaxonicis quoque Franciciśq; monumentis frequenter occurrentia aliquando mihi injecerunt suspicionem hanc primam esse atque antiquissimam vocis* 𐌰𐌹𐍂 *acceptionem, desumtámq; ex Græco* ἦρ, Diluculum, tempus matutinum. *ut* ær *olim de matutino h. e. priore vel anteriore diei tempore sit acceptum, postea verò latiùs extensum sit ad quodvis aliud antecedens tempus. Ab hoc interim* 𐌰𐌹𐍂 Prisci mortales & qui temporibus antiquissimis vixerunt 𐌰𐌹𐍂𐌹𐌶𐌰𐌽 *dicebantur.* 𐌵𐌹𐌸𐌰𐌽 𐌹̈𐍃𐍄 𐌸𐌰𐌹𐌼 𐌰𐌹𐍂𐌹𐌶𐌰𐌼: Dictum est antiquis; *Matth.* 5:21. *Inde quoque* 𐌰𐌹𐍂𐌹𐍃𐌸𐌰𐌿 *erat* Olim. 𐌰𐌹𐍂𐌹𐍃𐌸𐌰𐌿 𐌹̈𐌽 𐍃𐌰𐌺𐌺𐌿𐌼 𐌾𐌰𐌷 𐌰𐌶𐌲𐍉𐌽 𐍃𐌹𐍄𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹𐌽𐍃 𐌲𐌰𐌹̈𐌳𐍂𐌴𐌹𐌲𐍉𐌳𐌴𐌳𐌴𐌹𐌽𐌰: Olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. *Luc.* 10:13.

𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰, Terra. *Anglosax.* eorðe. *Alam.* erda. herda. ertha. hertha. *Dan.* jord. *Belg.* aerde/eerde. Herthæ *meminit Tacitus de Germanorum moribus, cap.* 40; *ubi ait*; In commune Hertham, id est Terram matrem colunt, eámq; intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur. *Vocis etymologiam tradit Vossius in arduo opere de Origine & progressu idololatriæ, libro* 11, *cap.* 62.

𐌰𐌹𐍂𐌿, Nuntii, legati. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽𐌳𐌰𐌼 𐌸𐌰𐌽 𐌸𐌰𐌹𐌼 𐌰𐌹𐍂𐌿𐌼 𐌹̈𐍉𐌷𐌰𐌽𐌽𐌴𐍃: Quum discessissent nuntii Johannis; *Luc.* 7:24. 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌹𐌳𐌰 𐌰𐌹𐍂𐌿𐌽𐍃 𐍆𐌰𐌿𐍂𐌰 𐍃𐌹𐍃: Misit nuntios ante conspectum suum; *Luc.* 9:52. *Potissimus tamen locus est in parabolâ duorum Regum pugnam meditantium, Luc.* 14:32; 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌰𐌹𐍂𐌿. 𐌱𐌹𐌳𐌾𐌹𐌸 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌾𐌹𐍃: Mittens legationem, rogat ea quæ pacis sunt; ἀποστείλας πρεσβείαν, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. *His valdè sunt affinia quæ habet Runicum lexicon in* ᚼIRÞ, Pax.

Pax. ᛞᚨᚱᚠᚨᚱᛉᚨᛒᚢᚼ · ᛞᛁᚨᚱᚢᛉᛁᚴᚴᛁ, Vir bellicoſus, turbas ac diſcordias amans. ᛅᛒ ᚼᚨᚱᛅ, Paciſci. *Ac plura etiamnum habet etymologicum noſtrum Anglicum in* **Ambaſſadour**.

𐌰𐌹𐍂𐌶𐌾𐌰𐌽, Seducere, in errorem inducere. 𐌰𐌹𐍂𐌶𐌴𐌹𐌸 𐌸𐍉 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽: Seducit turbas; *Joh.* 7: 12. 𐌰𐌹𐍂𐌶𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃: Seductor; *Matth.* 27: 63. 𐌾𐌿𐍃 𐍆𐌹𐌻𐌿 𐌰𐌹𐍂𐌶𐌾𐌰𐌹 𐍃𐌹𐌾𐌿𐌸: Vos multum erratis; *Marc.* 12: 27. 𐌰𐌹𐍂𐌶𐌹𐌸𐌰, Error; *Matth.* 27: 64. *Alamannis* irren / geirren *eſt* In errorem impellere, à rectâ viâ abducere. irre gen. irre faran / Errare, vagari. irrer / Vagus. irri muat / Vaga mens. irrido / irrituom / Error. *vett Belgis* erren *eſt* Errare. erredom / Error. *Anglis* erre *eſt Errare.* Errour / *Error. Joſ. Scaliger in librum Quintum Varronis de* L L *derivat ab* ἔῤῥειν, Errare: *adducítq; verba Homeri ex Odyſſ.* Δ, *verſu* 367; ἥ μ' οἴῳ ἔῤῥοντι συνήντετο νόσφιν ἑταίρων,

Erranti à ſociis mihi quæ procul obvia facta eſt.

Vide interim Obſervata noſtra ad Willerami paginam 11. *ſicuti & Voſſii etymologicum* Latinum *in* Errare.

𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽, Revereri. 𐌽𐌹 𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰𐌽: Non revereor hominem; *Luc.* 18: 2 *&* 4. 𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳 𐍃𐌿𐌽𐌿 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌰: Reverebuntur filium meum; *Luc.* 20: 13. *pro quo* 𐌲𐌰𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳 𐍃𐌿𐌽𐌿 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌰 *ſcribitur Marci* 12: 6. 𐍃𐍄𐌰𐌿𐌰 𐍅𐌰𐍃 𐍃𐌿𐌼𐍃 𐌲𐌿𐌸 𐌽𐌹 𐍉𐌲𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰𐌽 𐌽𐌹 𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳𐍃: Judex quidam erat qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur; *Luc.* 18: 2 *&* 4.

𐌰𐌹𐌸, Juramentum. 𐌿𐍃𐌲𐌹𐌱𐌰𐌹𐍃 𐍆𐍂𐌰𐌿𐌾𐌹𐌽 𐌰𐌹𐌸𐌰𐌽𐍃 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐍃: Reddes Domino juramenta tua; *Matth.* 5: 33. 𐌹̈𐌽 𐌸𐌹𐌶𐌴 𐌰𐌹𐌸𐌴; Propter juſjurandum; *Marc.* 6: 26. 𐌰𐍆𐍄𐍂𐌰 𐌰𐍆𐌰𐌹𐌰𐌹𐌺 𐌼𐌹𐌸 𐌰𐌹𐌸𐌰 𐍃𐍅𐌰𐍂𐌰𐌽𐌳𐍃: Iterum negavit cum juramento; Matth. 26: 72. *Angloſax.* að. *Alam.* eid. *Cimbr.* ᚼᛁᛒᚢᚼ. *Iſl.* eidur. *Danis & Belgis* eed. *Anglis* oath / oth. *Videtur autem Juſjurandum patribus noſtris* að *dictum à denominatione Eumenidum, quæ Græcis* ἀραὶ *nuncupabantur: nam jurantes olim Diris ſeſe devovebant ac jurijurando gravem plerumque execrationem addebant, circa finem jurisjurandi diſtinctè exprimentes explanantéſq; verba quibus caput ſuum totámq; adeò domum ſuam, ſi ſcientes fefelliſſent, Deorum iræ conſecrarent. Vide Barn. Briſſonium libro* VIII *de Formulis & ſolemnibus populi Romani verbis.*

𐌰𐌹𐌸𐌴𐌹, Mater; *Matth.* 27: 5. *Marc.* 3: 31. *Luc.* 1: 43 *&* 60. *Vide* 𐌰𐍄𐍄𐌰, Pater.

Digitized by Google

𐌰𐌹𐌸𐌸𐌰𐌿, Autem, ἢ. *Joh.* 11: 46. *Matth.* 5: 37.

𐌰𐌹𐌸𐌸𐌰𐌿, Aut; *Matth.* 5: 17, 18, 36. *Marc.* 4: 17. 8: 37. *Luc.* 14: 12. 18: 29. *Etiam* 𐌽𐌸𐌸𐌰𐌿 *occurrit Joh.* 9: 2. *Anglosaxonibus* oððe. *Alamannis* edo. *Græcis* ἢ *vel* ἤπ *vel* ἤτοι *est* Aut.

𐌰𐌹𐍅 *vel* 𐌰𐌹𐍅𐌰 𐌳𐌰𐌲𐌴 *vel* 𐌳𐌿 𐌰𐌹𐍅𐌰 *vel* 𐌹̈𐌽 𐌰𐌹𐍅𐌹𐌽, *item* 𐌿𐌽𐌳 𐌰𐌹𐍅 *passim occurrunt in Argenteo codice pro* Semper, in æternum, in sæculum. *quemadmodum contra* 𐌰𐌹𐍅 *vel* 𐌽𐌹 𐌹̈𐌽 𐌰𐌹𐍅𐌰 *exp.* Nunquam; Marc. 2: 12. *Matth.* 9: 33. 𐌰𐌹𐍅𐌴𐌹𐌽𐍉 𐌻𐌹𐌱𐌰𐌹𐌽𐍃: Æterna vita; *Joh.* 17: 3. 𐌰𐌹𐍅𐌴𐌹𐌽𐍉𐍃 𐌷𐌻𐌴𐌹𐌸𐍂𐍉𐍃: Æterna tabernacula; *Luc.* 16: 9. *Manifestè sunt ab* αἰὼν, Sæculum, ætas. αἰώνιος, Æternus. *Huc etiam refer Alamannicum* ewig. *Danicum* evig. *Belgicum* eewig. *Græcis* αἰὼν *putant dictum quasi* ἀεὶ ὢν. *quomodo & Anglosaxonica* á *vel* á á, Semper *videri possunt detruncata ex* ἀεί.

𐌰𐌹𐍅𐌹𐍃𐌺𐍉𐌽, *verbum est ignotæ mihi significationis; de quo tamen aliquid dicimus in* 𐌲𐌰𐌰𐌹𐍅𐌹𐍃𐌺𐍉𐌳𐌿𐌳𐌿𐌽.

𐌰𐌹𐌶, *Æs*. Marc. 6: 8. *Originem vocabuli tradit Vossii etymologicum Latinum. Anglosaxonibus quoque* áꞃ *est Æs. etiam* æꞃen *vel* æꞃynn, Æneus *adeò frequenter occurrunt in pervetustis monumentis, ut videri possint Teutonica esse. Olim certè Æris nomen complectebatur etiam Ferrum, Chalybem, atque aliam quamvis materiam armis fabricandis idoneam; quod ipsum quoque in Græco* χαλκὸς *locum habuisse pluribus antehac observatum. Antiquioribus nempe sæculis minor erat ferri, quàm æris usus; & arma, quæ nunc ex ferro & chalybe, tunc ex ære plerumque fiebant. unde mibi jam olim suspicio incidit, bellicosissimam Patrum nostrorum ætatem* áꞃ *vel* æꞃen *desumsisse ex* αἱρεῖν, *eâ notione quâ significat* ἀναιρεῖν, Occidere, interimere.

𐌰𐌺, Sed; *Matth.* 5: 39. 8: 8. *Luc.* 8: 16. *Joh.* 9: 3. *Anglosaxonibus quoque* ac *est* Sed. *Ælfrici grammatica cap.* XLIV; Sed, ac. Non ego, sed tu; na ıc. ac ðu; Non bos est, sed equus; nıꞅ hıꞇ na oxa. ac hoꞃꞅ.

𐌰𐌺𐌴𐌹, Sed; *Matth.* 9: 18. 11: 9. *Luc.* 7: 25, 26. *Joh.* 16: 12, 25.

𐌰𐌺𐌴𐌹𐍄𐌹𐍃 𐍆𐌿𐌻𐌻𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃: Aceto implens; *Matth.* 27: 48. *Marc.* 15: 36. *Anglosax.* æceꝺ. eceꝺ *est* Acetum. *Alam.* ezzech. *Belgis* edick / eeck. *Quemadmodum verò Anglosaxonicum* eceꝺ *est ab* ecᵹe, Acies; *ita quoque* 𐌰𐌺𐌴𐌹𐍄 *à simili aliquâ Aciei vel Acuminis denominatione desumi potuisse ostendit vox* 𐌰𐌹𐍈𐌰𐍄𐌿𐌽𐌳𐌾𐌰𐌹 *Luc.* 20: 37. *Adi quoque Vossii etymologicum Latinum in* Acidus.

𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽,

Digitized by Google

𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽, Fructus. 𐌸𐌹𐌿𐌸𐌹𐌳𐍉 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽 𐌵𐌹𐌸𐌰𐌿𐍃 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌹𐍃: Benedictus fructus ventris tui; *Luc.* 1: 42. 𐌴𐌹 𐌾𐌿𐍃 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽 𐌱𐌰𐌹𐍂𐌰𐌹𐌸. 𐌾𐌰𐌷 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂 𐌳𐌿 𐌰𐌹𐍅𐌰 𐍃𐌹𐌾𐌰𐌹: Ut fructum feratis, & fructus vester maneat; *Joh.* 15: 16. 𐍃𐌹𐌻𐌱𐍉 𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽 𐌱𐌰𐌹𐍂𐌹𐌸: Ultrò terra fructum fert; *Marc.* 4: 28. 𐍃𐌰 𐌿𐌱𐌹𐌻𐌰 𐌱𐌰𐌲𐌼𐍃 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽𐌰 𐌿𐌱𐌹𐌻𐌰 𐌲𐌰𐍄𐌰𐌿𐌾𐌹𐌸: Malo arbor malos fructus facit; *Matth.* 7: 17. 𐌱𐌹 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽𐌰𐌼 𐌹̈𐌶𐌴 𐌿𐍆𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌹𐌸 𐌹̈𐌽𐍃: Ex fructibus eorum cognoscetis eos; *Ibidem*, *paragrapho* 20. 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽𐌰𐌻𐌰𐌿𐍃 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌹𐌸: Sinè fructu efficitur; *Marc.* 4: 19. *Origo vocis petenda est ex illo* 𐌰𐌿𐌺𐌰𐌽, Augere, *quod fuit infra. Theotiscis profectò (qui vetus Gothorum idioma in plerisque propiùs exprimunt)* uuachar *&* uuocher *sunt* Fructus autumnales, *item* Fœnus. *Willerami abbatis paraphrasis in Cantici cantic.* VII, 12; do wir thes wara of the wingardo bluoie / of nah themo bluothe thas wocher sich gescaphe. Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt. uuachar / Fructum. uuacharum / Fruges; *Kero.* uuachar / Germen; *gl B*, 22. uuacfarhaft / Fertilis; *gl B*, 21. uuachar / Quæstum; *gl C*, 14. firan uuacharun / Usuris; *gl B*, 55. *quasi dicas*, *Improbis fructubus. Liquet igitur Patres nostros unum idémq; nomen tribuisse Fœnori & Fructibus è terrâ enatis. ut* uuachar *sit ab* auchon / Augere: *prorsus ut Anglosaxonica* eaca. ocer. ƿocer. Fœnus, *sunt ab* ican *vel* eacan, Addere, augere. *Belgicum quoque* woecker / Usura, *est à veteri* oecken / Augere, accumulare. *Cambrobritannis quoque* occr *&* occraeth *est* Fœnus, usura. *Plura huc pertinentia invenies in Observationibus nostris ad Willerami paginam* 82.

𐌰𐌺𐍂𐍃, Ager; *Matth.* 27: 8. *Anglosax.* acer. æcer. æcyr. *Alam.* accar. acker. achar. *Dan.* ager. *Isl.* akur. *Belg.* acker. *Græcis est* ἀγρός. *Anglis* acre *est* Jugerum. *Vide nobilissimi Spelmanni Archæologum in* Acra.

𐌰𐌻𐌰𐌺𐌾𐍉 *conjunctum cum* 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹 *videtur abundare. Exempla attulimus in* 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹.

𐌰𐌻𐌳𐌹𐌽𐍃 𐌰𐌻𐌳𐌴, Generationes generationum; *Luc.* 1: 50. *Anglosaxonibus* ylꝺ *est* Ætas, generatio. *Alamannis* altar *est* Ævum, ætas. *unde* nio in altere *iis est* Nunquam, *quasi dicas*, *Nullâ unquam ætate*, *nullo unquam sæculo. Vide annotata ad Tatiani* XLII, 3.

𐌰𐌻𐌴𐍅𐌰 𐌲𐌰𐍃𐌰𐌻𐌱𐍉𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽: Oleo ungebant; Marc. 6: 13. 𐌰𐌻𐌴𐍅𐌰 𐌷𐌰𐌿𐌱𐌹𐌸 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰𐍄𐌰 𐌽𐌹 𐍃𐌰𐌻𐌱𐍉𐌳𐌴𐍃: Oleo caput meum non unxisti; *Luc.* 7: 46. 𐌰𐍄 𐍆𐌰𐌹𐍂𐌲𐌿𐌽𐌾𐌰 𐌰𐌻𐌴𐍅𐌾𐌹𐌽: Ad montem oli-

Digitized by Google

olivarum; *Marc.* 11:1. *Luc.* 9:29. *Cambrobritannis* eli *vel* olew *est* Oleum. *Anglosax.* ele. *Alam.* oli. *Gall.* huile. *Ital.* oglio. *Hisp.* olio. *Angl.* oyl. *Dan. & Belg.* olie. *Græcis* ἔλαιον.

alja, Sed; ἀλλά. *Marc.* 10:40. *Joh.* 7:49. alja, Nisi; εἰ μή. ni ƕashun þiuþeigs. alja ains guþ: Nemo bonus, nisi unus Deus; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. *Marc.* 10:18. 12:32. *Luc.* 4:26. 5:21. aljakunja, Alienigena; ἀλλογενής. *Luc.* 17:18. aljaþ: Aliò, aliorsum; ἄλλη, ἄλλοθι. aflaiþ aljaþ: Profectus est peregre; ἀπεδήμησε. *Marc.* 12:1. aljaþro, Aliunde; ἀλλαχόθεν. *Joh.* 10:1.

alh, Templum. in alh: In templo; *Matth.* 27:5. *item Marc.* 11:11 & 15. alhs faurahah: Templi velum; *Matth.* 27:51. *Vocabulo* alh *utitur Cædmon* 71, 6. *ubi agens de monte Sion & Salomonis templo in hoc monte postea exstructo, etiam hæc addit*, þær ert se snottra. sunu Dauides. wuldorfæst cyning. witgan larum. getimbrede. tempel Gode. alhn haligne:· Ibi demum sapiens filius Davidis, gloriosus Rex, monitu prophetarum construxit templum Deo, templum sanctum. heal *nimirum Anglosaxonibus olim non* Atrium *tantùm, sed &* Prætorium, basilicam, vel aliud quodvis majus atque illustrius ædificium *denotabat; neque tantùm* hæl. heal. *vel* heall, *sed &* halh *vel* healh *scribebant. Ita pro* Streoneshall *passim legas* Streoneshalh *apud ven. Bedam* III, 24. IV, 23. *item* Streaneshalch *apud eundem Bedam* IV, 27. *ubi tamen Anglosaxonica paraphrasis Alfredi regis scribit* Streoneshealh. *Ab hoc igitur* halh, *abjectâ initiali aspiratione (quam diversæ ejusdem gentis provinciæ pro arbitrio quandoque assumebant rejiciebántve) remanserit* alh.

alidan stiur ufsneiþiþ: Saginatum vitulum mactate; τὸν σιτευτὸν μόσχον θύσατε. *Luc.* 15:23. *Quemadmodum* σιτευτὸς *Græcis propriè est* Farinâ & frugibus pastus, *ita quoque* alidan stiur *puto dici Vitulum contusis comminutisq; frugibus saginatum. nam* ἀλοᾶν *est* Grana variis ictibus comminuere. ἀλοητὸς, Tritura, *&c.*

allai, Omnes; πάντες. *Refer ad* alls, Omnis, totus. *Conjungitur ei quandoque* alakjo, *veluti superfluum.* allai auk alakjo habaidedun Iohannen. þatei bisunjai praufetes was: Omnes enim habebant Johannem, quia verè propheta esset; ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν. *Marc.* 11:32. jah allai alakjo weitwodaidedun imma: Et omnes testimonium

illi dabant; καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ. *Luc.* 4: 22.

allaþarba, Omnium rerum inopiâ laborans. **dugann alla-þarba wairþan**: Cœpit egere; *Luc.* 15: 14. *Vox est ab* **alls**, Omnis. *&* **þaurban**, Indigere. *quod vide in* **þarf**.

allaþro iddjedun du imma: Undique veniebant ad eum; *Marc.* 1: 45. *Refer ad* **alls**, Omnis, totus.

allabrunstim managizo ist: Holocaumatibus majus est; *Marc.* 12: 33. *ab* **alls**, Omnis, *&* **brinnan**, Ardere. **brunsts**, Incendium.

alleina aina anaaukan ana wahstu seinan: Cubitum unum adjicere ad staturam suam; *Matth.* 6: 27. *Propriè de Flexurâ brachii accipitur vox, quæ inde ad Mensuram quoque translata est. Cymr.* elyn. *Anglosax.* eln. eln. *Alam.* ele, elin. *Gall.* aulne. *Ital. & Hisp.* alna. *Dan.* alne. *Angl. & Belg.* elle/elne. *Omnia hæc manifestum præ se ferunt vestigium Græci* ὠλένη, Ulna. *Curvatura verò ac veluti Arcus brachii Anglosaxonibus est* elboga. *Alamannis* ellenboge. *Danis* albue. *Anglis* elbow. *Belgis* elleboge.

allis, Omnino; ὅλως. *Matth.* 5: 34, 39. **allis**, Enim; γάρ. *Luc.* 1: 44, 48. 9: 24, 25, 26. *Luc.* 19: 26. *Joh.* 5: 46.

BITAUH IESUS BAURGS ALLOS JAH HAIMOS: Circuibat Jesus omnes civitates & vicos; *Matth.* 9:35. BITAUH WEIHSA BISUNJANE LAISJANDS: Circumibat castella in circuitu docens; *Marc.* 6:6. *quod tantundem est ac si dicas, Pertransibat vel Proficiscebatur Jesus per omnes vicos circumjacentes. Quum verò* BITAUH *istud sit à* TIUHAN, Ducere, trahere, *videri quoque potest hæc loquendi formula desumpta ex eorum consuetudine qui grandem sarcinarum molem plurimáq; impedimenta profecturi secum trahunt. unde Belgis quoque* trecken / vertrecken *est* Iter capessere, proficisci aliquò. *Nisi putes nihil aliud hoc loquendi modo significari quàm Subducere se ex uno loco in alium, siquidem & hoc Belgis est* vertrecken van d'eene plaets in d'ander. *Simillimam etiam phrasin videor mihi deprehendere in loco Matthæi* 10:23; NI USTIUHIÞ BAURGS ISRAELIS UNTE QIMIÞ SA SUNUS MANS: Non pertransibitis civitates Israël, donec veniat filius hominis.

BIÞAGKEIÞ IN HAIRTAM IZWARAMMA: Cogitatis in cordibus vestris; *Luc.* 5:22. *Refer ad* ÞAGKJAN, Cogitare.

BIÞRAGJANDS FAURA, Præcurrens; *Luc.* 19:4. *Vide* ÞRAGJAN, Videre.

BIÞWAHANDS, Lavans. *Joh.* 9:11. *Refer ad* ÞWAHAN, Lavare.

BIUDS, Mensa. UNDAR BIUDA MATJAND AF DRAUHSNOM BARNE: Sub mensâ comedunt de micis puerorum; *Marc.* 7:28. AF BIUDA ÞIS GABEIGINS: De mensâ divitis; *Luc.* 16:21. *Anglo-saxonibus* beod *est* Mensa. beod oððe myse, Mensa; *gl Ælfrici* 20. him wæs hafen beod to, Apposita est ei mensa; *Beda* III, 6. he sæt æt beode, Assidebat mensæ; *Beda* III, 2. beodclað, Gausape; *gr Ælfrici, cap.* IX, *terminat.* 2. beodræȝl, Gausape; *gl R*, 30. beodbern oððe ȝereordung hus, Refectorium; *gl Ælfrici*, 20. beodfers, Hymnus quo ante epulas divinas laudes celebrabant; *Greg. magnus Dialog.* 1, 9.

BIUDAN. ANABIUDAN, Jubere, mandare, præcipere. ANABIUDAIÞ AHMAM ÞAIM UNHRAINJAM: Imperat spiritibus immundis; *Marc.* 1:27. ÞAN TAUJAIÞ ALLA ÞO ANABUDANONA IZWIS: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis; *Luc.* 17:10.

Digitized by Google

17:10. *Hinc est* ANABUSNS, Mandatum, præceptum. *quod vide suo loco. Anglosax.* beoðan *est* Jubere, imperare. *Alam.* kepeotan. *Cimbr.* BIÓÐA. *Dan.* byde. *Angl.* bid. *Belg.* bieden / gebieden. *Fortè sunt à* βία, Vis. *unde* βιάζομαι *& Æolicè* βιάσδομαι, Cogo; *quòd Summarum potestatum imperia quandam cogendi vim habeant*.

BIUHTI IZWIS IST: Consuetudo vobis est; *Joh.* 18:39. BI BIUHTJA GUDJINASSAUS: Secundùm consuetudinem sacerdotii; *Luc.* 1:9. BI BIUHTJA WITODIS: Secundùm consuetudinem legis. *& rursus* BI BIUHTJA DULÞAIS: Secundùm consuetudinem diei festi; *Luc.* 2:27 & 42. SWE BIUHTS: Sicut consueverat; *Marc.* 10:1. BIUHTS WAS SA KINDINS FRALETAN AINANA BANDJAN: Consueverat Præses dimittere unum vinctum; *Matth.* 27:15. BI BIUHTJA SEINAMMA: Secundùm consuetudinem suam; *Luc.* 4:16.

BIWAIBJAND ÞUK: Coangustabunt te undique; συνέξουσί σε πάντοθεν. *Luc.* 19:43. *Quoniam verò vestes quibus amicimur, undiquaque corpora nostra constringunt & continent,* BIWAIBJAN *quoque pro* Amiciri *cæpit usurpari.* BIWAIBIÞS LEINA ANA NAQADANA: Amictus sindone super nudo; περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ. *Marc.* 14:51. GASEHUN JUGGALAUÞ BIWAIBIDANA WASTJAI HWEITAI: Viderunt juvenem coopertum stolâ candidâ; εἶδον νεανίσκον περιβεβλημένον στολὴν λευκήν. *Marc.* 16:5. vef *Islandis est* Circumvolvo. vafde / Circumvolvi. *Libens interim ad hoc* WAIBJAN *retulerim Anglosaxonicum* pæfels, Tegmen, velamen, pallium.

BIWESAN *vel* BIWISAN MIÞ FRIJONDAM SEINAM: *idem est quod* WAILAWISAN, Epulari, tempus aliquod hilariter cum amicis transigere. EI MIÞ FRIJONDAM MEINAIM BIWESJAU: Ut cum amicis meis epularer; ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ. *Luc.* 15:29.

BIWINDAN, Involvere. BIWAND ÞATA LEIK SABANA HRAINJAMMA: Involvit corpus in sindone mundâ; *Matth.* 27:59. BIWAND INA: Pannis involvit eum; *Luc.* 2:7. *& mox ejusdem capitis paragrapho* 12; BIGITID BARN BIWUNDAN JAH GALAGID IN UZETIN: Invenietis infantem pannis involutum & positum in præsepio. *Anglosax.* bepindan. *Alam.* piuuintan. *Belg.* bewinden. *Vide plura in* WINDAN.

BLAUÞJAN, Abrogare, antiquare, irritum reddere. ἀκυροῦν. BLAUÞJANDANS WAURD GUÞS: Rescindentes verbum Dei; *Marc.* 7:13. *Huic interim* BLAUÞJAN *admodùm affine est Anglicum* to blot / Delere.

blotted

Digitized by Google

blotted out / Deletus, expunctus. ἔκβλητος, ἀπόβλητος *Græcis est* Rejiciendus, repudiandus.

𐌱𐌻𐌴𐌹𐌸𐍃, Misericors. 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰𐌹𐌸 𐌱𐌻𐌴𐌹𐌸𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐍃𐍅𐌰 𐍃𐍅𐌴 𐌾𐌰𐌷 𐌰𐍄𐍄𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂𐌰 𐌱𐌻𐌴𐌹𐌸𐍃 𐌹̈𐍃𐍄: Estote misericordes, sicuti & pater vester misericors est; *Luc.* 6: 36. 𐌾𐌰𐌱𐌰𐌹 𐌼𐌰𐌲𐌴𐌹𐍃. 𐌷𐌹𐌻𐍀 𐌿𐌽𐍃𐌰𐍂𐌰. 𐌲𐌰𐌱𐌻𐌴𐌹𐌸𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌿𐌽𐍃𐌹𐍃: Si quid potes, adjuva nos, misertus nostri; *Marc.* 9: 22. *Anglosaxonibus* bliðe *est* Simplex, *item* Lætus, hilaris, *denique* Mitis, placidus, pacatus. *De origine vocis* bliðe, *ac variâ ejus apud plerasque gentes septentrionales acceptione, fusè egimus in annotatis ad Tatiani* II, 6.

𐌱𐌻𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌽, Cædere, percutere, flagellare. 𐌱𐌻𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌽𐌳𐍃 𐍃𐌹𐌺 𐍃𐍄𐌰𐌹𐌽𐌰𐌼: Concidens se lapidibus; *Marc.* 5: 5. 𐌱𐌻𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌽𐌳 𐌹̈𐌽𐌰: Flagellabunt illum; *Marc.* 10: 34. 15: 15. 𐌸𐌰𐌹 𐌰𐌿𐍂𐍄𐌾𐌰𐌽𐍃 𐌿𐍃𐌱𐌻𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌹̈𐌽𐌰 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌰𐌽𐌰: Agricolæ cædentes eum dimiserunt inanem; *Luc.* 20: 10. 𐌿𐍃𐌱𐌻𐌰𐌿𐌲-𐌲𐍅𐌿𐌽 𐌸𐌰𐌽𐌰: Verberaverunt illum; *Marc.* 12: 3. 𐌿𐍃𐌱𐌻𐌰𐌲𐌲𐍅, Flagellavit; *Joh.* 19: 1. *In hoc interim* 𐌱𐌻𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌽 *videor mihi deprehendere vestigium aliquod Græci* πληγὴ, Ictus. *ac fortassè quoque ab hoc* 𐌱𐌻𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌽 *retinuere Franci suum* **bliuuan**. *Belgæ* **blouwen** / Percutere. *de quibus fusè egimus in annotatis ad Tatiani* XIII, 18.

𐌱𐌻𐌹𐌽𐌳𐌰. 𐌱𐌻𐌹𐌽𐌳𐍃, Cœcus. *Anglosax.* blınd. *Alam.* **blind** / **blint** / **blinter** / **blinto**. *Cimbr.* BNMHI. *Dan.* **blind**. *Isl.* **blindur**. *Angl.* **blinde**. *Belg.* **blind**. *Originem vocabuli olim retuli ad Anglosaxonicum* blınnan, Desinere, cessare; *tanquam, propter mali magnitudinem, à Participio ejus* blınnend, *per quandam* συγκοπὴν, *peculiariter* blınd *dictus sit* Orbatus oculis, qui desiit videre. *Ita Latinum* Lippus *quidam derivârunt à* λιπεῖν, *ob oculorum defectum. etiam* Surdus *quibusdam videtur ex eo dictus, quòd sit sensu aurium deminutus; hujus originationis occasione fortassè arreptâ ex verbis A. Gellii, noct. Attic.* I, 12; Qui de Vestali virgine capiendâ scripserunt, negaverunt capi fas esse, quæ linguâ debili, sensu've aurium deminuta, alia've quâ corporis labe insignita sit. *Anglosaxonibus pari quoque modo* Talpa *dicitur* pand, *quasi* paned, Imminutus, *à* panıan, Imminuere. *Theotiscis* **uuond** *dicebatur. item* **skero** / *à* **sceran** *vel* **pisseran** / Privare. *Nec malè quadrant hæc vocabula, quamvis primâ fronte videri possint nimis mollia, ac minùs significanter exprimere animaleculum defectissimum & perpetuâ nocte coopertum; cum constet antiquos res odiosas, graves, horribiles, levioribus ac minimè ingratis nominibus κατ' εὐφημισμὸν mitigâsse. Vide plura in annotatis ad Tatiani* LXI, 1.

𐌱𐌻𐍉-

Digitized by Google

BLOMA, Flos. GAKUNNAIÞ BLOMANS HAIÞJOS: Considerate flores agri; *Matth.* 6: 28. *Anglosax.* blostm. blosma. *Alam.* bluom. *Dan.* blomster. *Belg.* bloem / blom. *Olim deduxi Theotisca* bluom / Flos, & bluoyen / Florere, *à* βλύειν, Scaturire, manare; *quòd ineffabilem florum ubertatem subtilitatémq; Natura lasciviens, & in magno gaudio fertilitatis variè ludens, è divite sinu quasi profundat: quoniam tamen Patribus nostris* bluom *maximè de fructiferarum arborum floribus videtur usurpatum;* thie wingardon bluoyent / ande thie bluom machot suozen stank / Vineæ florent, & flos reddit gratum odorem; *Willerami paraphrasis in Cant.* II, 13. *dubitare quoque cœpi an non* bluoyen *istud sit à* φλύειν, Refertum esse, fructu abundare. τὸ πλουτεῖν, *inquit Ælianus var. hist.* III, 41. οἱ ἀρχαῖοι ὠνόμαζον φλύειν. ὅθεν τὸν Διόνυσον ἐκάλουν Φλεῶνα.

BLOTAN, Cultui divino vacare. SVARE MIK BLOTAND, In vanum me colunt; *Marc.* 7: 7. FASTUBNJAM JAH BIDOM BLOTANDE FAN NAHTAM JAH DAGAM: Jejuniis & obsecrationibus colens Dominum nocte ac die; *Luc.* 2: 37. JABAI HVAS GUÞBLOSTREIS IST: Si quis Dei cultor est; *Joh.* 9: 31. *Suspicor interim verbum olim primâ suâ significatione usurpatum pro* Sacrificare, *postea verò ab hac præcipuâ divini cultus operatione significatu laxiore accipi cœpisse pro* Deo debitum cultum quavis ratione exhibere. *Anglosaxonibus certè* blotan *est* Sacrificare, immolare. *Cimbris* BLOTA *est* Immolare hostias. BLOT, Idolorum cultus. BLOTMADR, Idolorum cultor. *Alamannis* bloustar *vel* pluastar *est* Sacrificium. *Origo omnium est ex* BLOÞ, Sanguis. *prorsus ut* αἵμιον *Hesychio exp.* σφάγιον, Hostia, *ab* αἷμα, Sanguis, cruor. *Veteres profectò tunc demum ritè peragi putabant sacrificium, quando morti dabatur Hostia. unde quoque usu venisse crediderim, quòd* Mactare *non modò significet Sacrificare, verùm etiam (significatione nimirum à sacrificiis ad alia translatâ) Quovis modo interimere. Ita* θύειν *&* σφάττειν *distinguit Ammonius, ut appellationes generis & speciei.* θύσαι μὲν γάρ ἐστιν ἐπὶ τιμῇ θεοῦ. σφάξαι δὲ τὸ δὲ ἀναιρεῖν ἁπλῶς φονεῦσαι. *Plutarchus quoque testatur Gallis ac Scythis creditum* θεοὺς εἶναι χαίροντας ἀνθρώπων σφαττομένων αἵματι, καὶ ταύτην τελειοτάτην θυσίαν. *Erat iis igitur* θυσία ἐν τῷ σφάξαι. *In mactatione sacrificium. neque alia in hac re est Sacræ paginæ phrasis: quandoquidem Abrahamus filium suum offerre jussus Genes.* 22: 2. *parat eum occidere versu* 10 *ejusdem capitis. atque adeò, quia mactationem, etsi non manu, animo tamen jam peregerat, obtulisse filium dicitur Hebr.* 11: 27. *Ab* AA BLOTA *quoque putant Undecimum mensem Cimbris olim* BLOTMANADR *dictum, propter frequentia temporis illius sacrificia; vel quòd Septentrionales eâ præcipuè anni tempestate pecora in annuum familiæ suæ alimentum soleant mactare ac sale condire, nec non fumo indurare. unde Belgis adhuc* slacht-

maend

Digitized by Google

maend *nuncupatur. Aliquanto tamen aliter Cottonianum Fastorum Anglosaxonicorum fragmentum.* þonne ſe monað bið geendod þe ƿe nemnað ƿinterfylleð. þonne bið ſeo niht XIIII tida long. ⁊ ſe dæg tyna:· On ðam endelyftan monðe on geare bið XXX daga:· Se monoð iſ nemned on Læden November. ⁊ on ure geðeode blodmonað. forðon ure yldran. þa hy hæðenne ƿæron. on ðam monðe he bleoton á. þ iſ. þæt hy betæhton and benæmdon hyra deofolgyldon þa neat þe hy ƿoldon ſyllan:· *Postrema interim hujus loci verba in altero eorundem Fastorum fragmento, quod est Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti, hunc in modum scripta inveni;* forðan þe ure yldran. þa hƿyle hig hæðene ƿæron. on ðam monðe hig ableoton. þ iſ. acendon ⁊ benemdon heora deofolgyldum ða neat ða þe hig ƿoldon ſlean:·

𐌱𐌻𐍉𐌸 𐍃𐌿𐌺𐌽 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐍅𐌰𐌽𐌳𐍃: Sanguinem innoxium tradens; *Matth.* 27:4. **𐌱𐌻𐍉𐌸𐍂𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹**, Mulier quæ ſanguinis profluvium patitur; *Matth.* 9:20. **𐌱𐍂𐌿𐌽𐌽𐌰 𐌱𐌻𐍉𐌸𐌹𐍃**, Fons ſanguinis; *Marc.* 5:29. **𐌰𐌺𐍂𐍃 𐌱𐌻𐍉𐌸𐌹𐍃**: Ager ſanguinis; *Matth.* 27:8. *Anglosax.* blod. *Alam.* bluat / pluat / bluot / plut. *Cimbr.* ᛒᛚᚮᚦ. *Dan.* blod. *Angl.* blood. *Belg.* bloed. *Anglosaxonicum* blod *jam olim conjectabam factum ex* flod, Flumen, fluxus; *quòd humor iste vitalis continuo fluxu, ac veluti stato quodam æstu ac recessu, vel potiùs perpetuâ quadam circulatione (ut sic loquar cum perspicacissimo ac nostri, dum vixit, amantissimo Guilj. Harvæo, Anglo, medico Regio; qui talem sanguinis motum, edito hac de re libello, doctissimè adstruxit) per omnes corporis partes feratur ac fluat.* Sanguinis curſu, *ut est apud Senecam* IV *de Benef. cap.* 6, vitalis continetur calor. *Ad hunc certè fluxum sanguinis respexit Adr. Junius, quum* Cruor *ei dictus videtur, quasi è corde ruens: quamquam in confesso est* Cruoris *vocabulum derivatum ex* κρύος, Frigus. *nam Cruor propriè est Sanguis concretus, sive is in nobis est sive extra nos. Non malè quoque vox* blod *videtur deduci posse à* βλύειν, Scaturire. *vel à* βλύδιον, *quod Suidæ exp.* ὑγρόν, Humidum. *at Hesychio non modò exp.* ὑγρόν, *verùm etiam* ζέον, Fervens. *Huc etiam pertinet* **𐌱𐌻𐍉𐍄𐌰𐌽**, *quod vide suo loco.*

𐌱𐍂𐌰𐌹𐌷𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌷𐌰𐌽𐌳𐌿𐌼, Confricantes manibus. ψώχοντες ταῖς χερσί. *Luc.* 6:1.

𐌱𐍉𐌺 vel 𐌱𐍉𐌺𐍃, Liber. *Anglosax.* boc *vel* boec. *Alam.* buach / puach / buoch / puoch. *Cimbr.* ᛒᚮᚴ. *Dan.* bog. *Isl.* book. *Angl.* book. *Belg.* boeck. *Olaus Wormius Runicæ literaturæ cap.* 1 *censet Cimbris* Libros *à materiâ denominatos, quandoquidem iis* ᛒᚮᚴ *propriè denotabat* Fagum arborem, *familiarissimam Cimbris, ob earum in Septentrione frequentiam. Vide quæ annotavimus ad Tatiani*

Digitized by Google

5:1. *Ab hoc* 𐌱𐍉𐌺 *Argenteo codici* 𐌱𐍉𐌺𐌰𐍂𐌴𐌹𐍃 *est* Scriba. 𐌱𐍉𐌺𐌰𐍂𐌾𐍉𐍃, Scribæ. 𐌱𐍉𐌺𐍉𐍃 𐌰𐍆𐍃𐍄𐌰𐍃𐍃𐌰𐌹𐍃 *vel* 𐌱𐍉𐌺𐍉𐍃 𐌰𐍆𐍃𐌰𐍄𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹𐍃 𐌼𐌴𐌻𐌾𐌰𐌽, Libellum repudii scribere. *Ab Alamannico* puach *inter alia* unbuohig *dictus est* Idiota. *Legimus enim in gl B, 28* hunpuatthic/ Idiota. *Cui vocabulo si aspirationem, quam rudiora sæcula initiis vocum à vocali aut diphthongo incipientium præmittebant, ademeris atque insuper duas trésve literas in affines alias permutaveris, deprehendes quòd* Idiota *patribus nostris dictus est* unbuohig/ *q. d. Expers librorum & qui nihil unquam vitæ communi utile ex libris hausit. Ab Anglosaxonico quoque* boc *Patres nostri* boccræftas *dixerunt* Studia liberalia. forsewenum bigengum ðæra boccræfta, Despectis literarum studiis; *Greg. magnus in Proœmio libri* II *Dialogorum. Immo &* boclæden *dixerunt* Latinum sermonem, *præcipuè puriorem illum linguæ Latinæ usum quâ pleræque res gestæ artésq; bonæ, florente adhuc monarchiâ Romanâ, perscriptæ erant.* Ælfred kuning wæs wealhstod ðisse bec. ⁊ hie of boclædene on Englisc wende. Alvredus rex erat interpres hujus libri, eúmq; ex Latino sermone transtulit Anglicè. *Ita incipit Proœmium quod rex Alvredus præmisit translationi suæ Boëthianæ. Potest interim fieri Regem hoc in loco* boclæden *dixisse, ut huic suo labori commendationem ex operæ impensæ difficultate pararet. Postquam enim Roma primùm sub Odoacro, ac deinde sub aliis Gothorum regibus fuit, magnis adeò passibus in præceps abire cœpit antiquus nitor eloquentiæ Romanæ, ut proximo sesquisæculo paucissimi superfuerint qui Romanè scribere vel possent vel auderent. In Boëthio interim, qui claruit sub Gothorum rege Theoderico, enitescit genius verè Romanus, multúmq; supra vitiosum sæculi sui idiotismum assurgens. Hunc igitur stylum purum tersúmq; ac veterum quodammodo Romanorum in carmine æmulum, peculiari nomine rex Alvredus* boclæden *dixit, propterea quòd vera ejus interpretatio non petenda esset ex illâ sermonis Latini colluvie apud omnes tunc temporis in usu, sed ex illo veteris linguæ cultu qui nonnisi magno studio ex antiquis libris hauriebatur atque ob hoc minimè multis erat familiaris.*

𐌱𐍉𐍄𐌰𐌽, Proficere, prodesse, juvare. *Pro eo* 𐌲𐌰𐌱𐌰𐍄𐌽𐌰𐌽 *occurrit Marc. 7:11. quod vide suo loco.* 𐌽𐌹𐍅𐌰𐌹𐌷𐍄𐌰𐌹 𐌱𐍉𐍄𐌹𐌳𐌰: Nihil profecerat; *Marc. 5:26.* 𐍃𐌰𐌹𐍈𐌹𐌸 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌽𐌹 𐌱𐍉𐍄𐌴𐌹𐌸 𐍅𐌰𐌹𐌷𐍄: Videtis quia nihil proficitis; *Joh. 12:19.* 𐍈𐌰 𐌱𐍉𐍄𐌴𐌹𐌸 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰𐌽: Quid proderit homini? *Marc. 8:36.* 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌻𐌴𐌹𐌺 𐌽𐌹 𐌱𐍉𐍄𐌴𐌹𐌸 𐍅𐌰𐌹𐌷𐍄: Caro non prodest quicquam; *Joh. 6:63. Angli dicerent,* **it booteth nothing.** *Belgæ,* **het en baet niet.** *Huic interim verbo affine videtur Ionicum* βωθεῖν, *quod Hesychius tradit poni solere pro* βοηθεῖν, Adjuvare, auxiliari. *Vide tamen etymologicum nostrum Anglicum in* **Boot**/ Prodesse, juvare.

𐌱𐍂𐌰𐌹𐌳𐌰,

𐌱𐍂𐌰𐌹𐌳, Spatiosus, vastus, latus; *Matth.* 7:13. *Anglosax.* brad. *Alam.* breider / breit. *Dan.* bred. *Angl.* broad. *Belg.* breed. *Martinius desumptum putat ex* βάρδος, Via. *Nescio tamen unde hauserit illud* βάρδος. *nisi fortè animum intenderit in illud Hesychii*, βαρδοί, αἱ ᾠδοὶ παρὰ Γαλάταις. *ubi tamen viri docti pro* αἱ ᾠδοὶ *felicissimè restituunt* ἀοιδοί, *ut de* Bardis, *cantoribus vatibúsq;* Gallorum *intelligatur locus. vide Festum, & Lucanum libro Primo, versu* 447. *Proinde quoque magis huc videtur facere, quòd* Cimbris BRAUT *est* Via, semita. *nam si veteres Gothi similem aliquam Semitæ vel Plateæ denominationem (quod valdè est verisimile) agnoverunt, videri possunt ex eo suum* 𐌱𐍂𐌰𐌹𐌳 *desumpsisse: prorsus ut Anglosaxonicum* rum, Spatiosus, amplus, *putatur esse à* ῥύμη, Vicus.

𐌱𐍂𐌰𐌽𐌽 *occurrit in* 𐌿𐍆𐌱𐍂𐌰𐌽𐌽, Exæstuavit; *Marc.* 4:6. 𐌹̈𐌽𐌱𐍂𐌰𐌽𐌾𐌰𐌳𐌰, Ardet; *Joh.* 15:6. *Vide* 𐌱𐍂𐌹𐌽𐌽𐍉, Febris.

𐌱𐍂𐌹𐌲𐌲𐌰𐌽, Ferre, adducere. *Marc.* 6:27. *Joh.* 10:16. 𐌽𐌹 𐌱𐍂𐌹𐌲𐌲𐌰𐌹𐍃 𐌿𐌽𐍃 𐌹̈𐌽 𐍆𐍂𐌰𐌹𐍃𐍄𐌿𐌱𐌽𐌾𐌰𐌹: Ne inducas nos in tentationem; *Matth.* 6:13. 𐍅𐌹𐌲𐍃 𐍃𐌰 𐌱𐍂𐌹𐌲𐌲𐌰𐌽𐌳𐌰 𐌹̈𐌽 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌿𐍃𐍄𐌰𐌹: Via ducens in perditionem; *Matth.* 7:13. 𐌱𐍂𐌰𐌷𐍄𐌰 𐍃𐌿𐌽𐌿 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌰 𐌳𐌿 𐌸𐌿𐍃: Attuli filium meum ad te; *Marc.* 9:17. 𐌱𐍂𐌰𐌷𐍄𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌸𐌰𐌽𐌰 𐍆𐌿𐌻𐌰𐌽 𐌰𐍄 𐌹̈𐌰𐌹𐍃𐌿𐌰: Duxerunt pullum ad Jesum; *Marc.* 11:7. 𐌷𐌰𐌿𐌱𐌹𐌸 𐍅𐌿𐌽𐌳𐌰𐌳𐌿𐌽 𐌱𐍂𐌰𐌷𐍄𐌴𐌳𐌿𐌽: In capite vulneraverunt; *Marc.* 12:4. *Anglosax.* bringan. *Alam.* bringen / pringen. *Angl.* bring. *Belg.* brengen / bringen. *Helvigius arbitratur Teutonicum* brengen / *per epenthesin literæ N, factum ex* παρέχειν, Præbere, afferre.

𐌱𐍂𐌹𐌺𐌰𐌽. 𐌲𐌰𐌱𐍂𐌹𐌺𐌰𐌽, Rumpere, frangere. 𐌲𐌰𐌱𐍂𐌹𐌺𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌹̈𐌽𐌰: Dilanians eum; *Luc.* 9:39. 𐌲𐌰𐌱𐍂𐌰𐌺 𐌸𐍉 𐌰𐌽𐌰𐍆𐍉𐍄𐌿𐌽 𐌴𐌹𐍃𐌰𐍂𐌽𐌰: Comminuebat ferreas compedes; *Marc.* 5:4. 𐌲𐌰𐌱𐍂𐌰𐌺 𐌷𐌻𐌰𐌹𐌱𐌰𐌽𐍃: Fregit panes; *Marc.* 8:6. *Luc.* 9:16. 𐌲𐌰𐌱𐍂𐌿𐌺𐍉 𐌻𐌰𐌹𐌱𐍉𐍃: Fragmenta reliquiarum; *Marc.* 8:8. *Joh.* 6:13. 𐌿𐍆𐌱𐍂𐌹𐌺𐌰𐌽 *est* ἀθετῆσαι, Violatâ juramenti religione frustrari alicujus exspectationem; *Marc.* 6:26. *Anglosax.* brecan. *Alam.* brechan. *Dan.* brække. *Angl.* break. *Belg.* breken. *A* ῥηγνύω *vel* ῥήγνυμι, Rumpo, *est* ῥηγή, Ruptio. *& Æolicè* βρηγή. *prorsus ut* βράκος *dixerunt pro* ῥάκος, Lacera vestis. βράδιον *pro* ῥάδιον, Facilè. βρόδον *pro* ῥόδον, Rosa. βρίζα *pro* ῥίζα, Radix. *&c.*

𐌱𐍂𐌹𐌽𐌽𐍉, Febris. 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌻𐍉𐍄 𐌸𐍉 𐍃𐍉 𐌱𐍂𐌹𐌽𐌽𐍉: Dimisit eam febris; *Marc.* 1:31. *item Luc.* 4:38 & 39. *Manifestè sic denominata est Febris ab igneo ardore; unde &* πυρετὸς *dicitur Græcis &* πυρεξία, *item* πῦρ

Digitized by Google

Hippocrati. *Dicitur &* καύσαλις, καῦσος, καύσων, *ἀ* καίω, Uro, incendo. *item* θέρμη *vel* θερμωλὴ *ἀ* θερμὸς, Calidus, ardens, fervens. *Omnino vide quæ de variis hujus morbi apud varias gentes appellationibus annotavimus ad Tatiani* XLVIII, 2. *Ab eodem interim themate unde* BRINNO *dicta est Febris, etiam est illud* INBRANNJADA, Ardet, καίεται. *Job.* 15:6. *&* UFBRANN, Exæstuavit, ἐκαυματίσθη. *Marc.* 4:6. MANAGIZO IST ALLAIM ÞAIM ALABRUNSTIM: Majus est omnibus holocaumatibus; *Marc.* 12:33. *Anglosaxonibus* beornan. byrnan *est* Ardere, comburere. *Alamannis* brennen/ brinnen. *Danis* brende. *Islandis* brenne. *Anglis* burn / bren. *Belgis* bar-nen / bernen / branden. *Verbum autem* byrnen *quodammodo videtur affine Græco* πυρῶ, Incendere, igne injecto comburere. *at* branden / *per epenthesin literæ N, videri potest factum à* πρήθειν, Comburere, incendere.

BROÞR. BROÞAR, Frater; *Marc.* 3:17 *&* 35. BROÞRJUS, Fratres; *Marc.* 3:31. *Joh.* 7:3. *Anglosax.* breðer. broðer. broðor. bro-ður. *Alam.* bruoder / bruother / bruder / pruader. *Cambrobrit.* brawd. *Cimbr.* BRAÞIR. *Dan.* broder. *Angl.* brother. *Belg.* broeder. *Avenarius originem vocis petitam censet ab Hebræo* בְּרִית, Fœdus, pactum; *quòd suavissimâ quadam commendatione Naturæ usque adeò arctum sit fraterni nominis vinculum, ut* etiam feras inter sese partus atque educatio, & natura ipsa conciliet; *Cicero pro Roscio Amerino.* Certè quoties blandiri volumus his qui esse amici videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quàm ut Fratres vocemus; *Quintil. Decl.* 321. *De origine vocis Frater hæc habet Scaliger de Causis* LL, *cap.* 26; φράτωρ *mutârunt Æoles, quod erat* φρήτηρ, *& integrum* φράτηρ. *non autem plagiariorum falsæ etymologiæ. Ita Scaliger: qui hoc in loco videtur notare originationem Nigidii apud A. Gellium & Nonium, sicuti & Isidori libro* IX, *cap.* 6. *Olim certè* magna erat societas inter eos, *ut ait Servius ad versum* 386 *Septimi Æneïdos,* qui uno puteo utebantur. unde & Fratrias dixerunt ἀπὸ τοῦ φρέατος, quas Tribus vocabant. *His quàm simillima habes etiam apud Græcos grammaticos. Fortassè quoque nonnihil huc facit, quòd Cymræis à* bro, Patria, brodorion *dicti sunt* Indigenæ, ἐγχώριοι, *nati in eâdem regione in quâ degunt. atque adeò nemini videri potest alienum, si suspicemur Patres nostros suum* broðor *olim de Popularibus potissimùm intellexisse, postea verò ad artissimam fraterni nominis necessitudinem transtulisse. Hesychius denique, Eustathius, & Suidas* φράτερες *inter alia exponunt* συγγενεῖς, Consanguineos. *Plura habet Vossii etymologicum Latinum in* Frater.

BRUNNA BLOÞIS, Fons sanguinis; *Marc.* 5:29. *Anglosax.* born. bourn. brunna. burna. *Alam.* brunno / prunno. *Cimbr.* BRUNN. *Dan.* brynd.

brynd. *Belg.* born / bronn / burn / brunn. *vett Anglis* brunn / burn / *quæ in pluribus urbium pagorúmq; nominibus adhuc remanserunt. Fidenter viri apprimè eruditi deduxerunt à* βρύειν, Scaturire; *quòd sit aqua perennes habens venas ac jugiter scaturiens. Pari prorsus ratione* Fontem *Varro, Pompejus Festus, Isidorus ex eo dictum putant quòd vivas aquas uberrimè fundat.*

BRUNST ALLABRUNSTIM ALLAIM MANAGIZO IST: Holocaumatibus omnibus majus est; *Marc.* 12: 33. *Vide quæ diximus in* BRINNO, Febris.

BRUSTS, Pectus; *Luc.* 18: 13. *Anglosax.* breost. *Alam.* brust / prust / burst. *Cimbr.* BRIOST. *Dan.* bryst. *Angl.* breast. *Belg.* borst. *Videntur esse à* πρόσθεν, Anterior. *eâ notione quâ* πρόσθιοι πόδες *probatis scriptt dicuntur* Pedes anteriores, *&* πρόσθια τραύματα, Adversa vulnera, *i. vulnera quæ à fronte atque in ipso pectore accipimus.*

BRUÞ, Nurus, *i. filii uxor*; *Matth.* 10: 35. *Gallis quoque* bru *dicitur. Puto tamen quòd Gothis olim* BRUÞ *denotaverit etiam* Sponsam: *siquidem Argenteo codici* BRUÞFAÞS *passim est* Sponsus. *Anglosax.* bryd *est* Sponsa. *Alam.* brut. *Dan.* brud. *Angl.* bride. *Belg.* bruyd. *De hujus vocabuli antiquissimâ acceptione atque origine fusè egimus in annotatis ad Tatiani* XXI, 6.

BUGJAN, Emere. DUGANN USVAIRPAN ÞANS FRABUGJANDANS JAH BUGJANDANS IN ALH: Cœpit ejicere vendentes atque ementes in templo; *Marc.* 11: 15. *Luc.* 19: 45. TVAI SPARVANS ASSARJAN BUGJANDA: Duo passeres asse væneunt; *Matth.* 10: 29. ÞAÞRO BUGJAM HLAIBANS: Unde ememus panes? *Joh.* 6: 5. BUGEI ÞIZEI ÞAURBEIMA DU DULÞAI: Eme quæ opus habemus ad festum; *Joh.* 13: 29. JUKA AUHSNE USBAUHTA FIMF: Juga boum emi quinque; *Luc.* 14: 19. BAUHTEDUN JAH FRABAUHTEDUN: Emebant & vendebant; *Luc.* 17: 28. *Anglosax.* bycgan. gebycgan, Emere. *Gallis* biguer *est* Merces commutare atque ex istâ mercium permutatione lucrum captare. *quemadmodum constat Permutationem primis mortalibus, ante usum pecuniæ, emptionis venditionísq; loco usurpatam. Nec tantùm* biguer *sed &* troquer *dicunt Galli. De utroque agit Cl. Salmasius paginâ* 379 *opusculi de Usuris:* Trocare & Bigare, *inquit Salmasius, vulgo usurpant pro* Permutare: *quibus verbis emptionis venditionísq; nomina nullo modo conveniunt. Hæc ille. Inde liquet eum nunquam incidisse in Gothicum* BUGJAN *& Anglosaxonicum* bycgan, *unde Angli habent suum* buy / *Emere.*

Digitized by Google

𐌱𐍅𐍃𐍃𐌰𐌿𐌼 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌳𐍃 𐍅𐌰𐍃: Induebatur bysso; ἐνεδιδύσκετο βύσσον. *Luc.* 16:19. *Anglosaxonicum glossarium R*, 62; Byssum, ȝ. papagen, ꞅpiðe hƿiꞇ ꝼleax. *Alamannicum glossarium F*, 2; Bissum in arbore nascitur ad vestimentum. Est & aliquid genus mollissimi. i. papaten. *aliud item glossarium B*, 6; Bissina, uuizes cota uuebbes. *Vide Vossii etymologicum Latinum in* Byssus.

𐌲 𐌰.

𐌲𐌰𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰 𐍃𐌿𐌽𐌿 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌰: Reverebuntur filium meum; *Marc.* 12:6. *pro quo Luc.* 20:13, *omisso augmento syllabico, legimus* **𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰 𐍃𐌿𐌽𐌿 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌰**. *Vide* **𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽**, Revereri.

𐌲𐌰𐌰𐌹𐍅𐌹𐍃𐌺𐍉𐌳𐌿𐌳𐌿𐌽 𐌸𐌰𐌽𐌰 𐍃𐍄𐌰𐌹𐌽𐌰𐌼 𐍅𐌰𐌹𐍂𐍀𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃: *Marc.* 12:4. *Suspicabar primò Gothis olim in usu fuisse* **𐌰𐌹𐍅𐌹𐍃𐌺𐍉𐌽** *affine Anglosaxonico* aðƿæꞅcan, Exstinguere, delere, perimere: *ut sensus sit, sceleratos agricolas secundum hunc famulum lapidibus interemisse; posteaquam verò parabolâ penitiùs inspectâ deprehendi etiam alterum hunc ministrum, lapidum quidem ictibus cruentatum, inanem tamen ad fundi dominum remissum, aliam quoque verbi* **𐌲𐌰𐌰𐌹𐍅𐌹𐍃𐌺𐍉𐌳𐌿𐌳𐌿𐌽** *significationem atque originem quærendam judicavi.*

𐌲𐌰𐌰𐍂𐌼𐌰𐌹𐌳𐌰 𐌸𐌿𐌺 𐍆𐌰𐌽: Misertus est tui Dominus; *Marc.* 5:19. *Recurre ad* **𐌰𐍂𐌼𐌰𐌽**, Misereri.

𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹𐍂𐌲𐌰𐌳𐌰 𐌱𐌰𐌾𐍉𐌸𐌿𐌼: Conservantur ambo; *Matth.* 9:17. *Refer ad* **𐌱𐌰𐌹𐍂𐌲𐌰𐌽**. **𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹𐍂𐌲𐌰𐌽**, Servare, custodire.

𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹𐍂𐌷𐍄𐌾𐌰𐌽, Illuminare, illucescere; ἐπιφᾶναι. *Luc.* 1:79. **𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹𐍂𐌷𐍄𐌾𐌰𐌽**, Manifestare, patefacere; ἐμφανίζειν. *Joh.* 14:22. **𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹𐍂𐌷𐍄𐌹𐌳𐌰 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌰𐍄𐌰 𐌽𐌰𐌼𐍉 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰𐌼**: Manifestavi nomen tuum hominibus; ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα ἀνθρώποις. *Joh.* 17:6. *Refer ad* **𐌱𐌰𐌹𐍂𐌷𐍄**, Clarus, lucidus.

𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹𐍂𐌹𐌳 𐍃𐌿𐌽𐌿 𐌸𐌿𐍃: Pariet filium tibi; *Luc.* 1:13. **𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹𐍂𐌹𐍃 𐍃𐌿𐌽𐌿**: Paries filium; *Luc.* 1:31. **𐌲𐌰𐌱𐌰𐍂 𐍃𐌿𐌽𐌿 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌼𐌰 𐌸𐌰𐌽𐌰 𐍆𐍂𐌿𐌼𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌹**: Peperit filium suum primogenitum; *Luc.* 2:7. *Refer ad* **𐌱𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽**, Ferre, portare. *item* Gignere, fœtum eniti.

𐌲𐌰𐌱𐌰𐌽𐌳𐍅𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌰𐍄𐍄𐌹𐌽 𐌹̈𐍃: Innuebant patri ejus; ἐνένευον τῷ πατρὶ

πατρὶ αὐτοῦ. *Luc.* 1:62. *Refer ad* 𐌱𐌰𐌽𐌳𐍅𐌾𐌰𐌽, Annuere, nutu significare.

𐌲𐌰𐌱𐌰𐍄𐌽𐌰𐌽, Proficere. 𐌸𐌹𐍃𐍈𐌰𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌿𐍃 𐌼𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌱𐌰𐍄𐌽𐌹𐍃: Quodcunque ex me tibi profuerit; *Marc.* 7:11. *Refer ad* 𐌱𐍉𐍄𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐌰𐌽, Habitare, construere sedem ubi habites; κατασκηνοῦν. *Marc.* 4:32. *Vide simplex* 𐌱𐌰𐌿𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌰𐌽𐍃 𐌹̈𐌼 𐌳𐌿 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰: Natus sum ad hoc; *Joh.* 18:37. 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌰𐌽𐍃 𐌹̈𐍃𐍄 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌷𐌹𐌼𐌼𐌰 𐌳𐌰𐌲𐌰 𐌽𐌰𐍃𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃: Natus est vobis hodie Salvator; *Luc.* 2:11. 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌰𐌽𐍃 𐍅𐌰𐍂𐌸 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰 𐌹̈𐌽 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍈𐌰𐌿: Natus est homo in mundo; *Joh.* 16:21. 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌰𐌽𐌰𐌹 𐍃𐌹𐌾𐌿𐌼: Nati sumus; *Joh.* 8:41. 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌹 𐍃𐌰𐌿𐍂𐌰𐌹𐍆𐍅𐌽𐌹𐍃𐌺𐌰: Genere Syrophœnissa; *Marc.* 7:26. 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌹 𐌸𐌹𐌶𐌰𐌹 𐌷𐍉𐍂𐌹𐌽𐍉𐌽𐌳𐌴𐌹𐌽: In generatione istâ adulterâ; *Marc.* 8:38. 𐌿𐍃 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌹: A nativitate; *Joh.* 9:1. 𐌼𐌴𐌻𐌰 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌹𐍃 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹𐌶𐍉𐍃 𐌽𐌰𐌷𐍄𐌰𐌼𐌰𐍄 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰: Tempore natalis sui cœnam fecit; *Marc.* 6:21. 𐌽𐌹𐍃𐍄 𐍀𐍂𐌰𐌿𐍆𐌴𐍄𐌿𐍃 𐌿𐌽𐍃𐍅𐌴𐍂𐍃. 𐌽𐌹𐌱𐌰 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌹 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹: Non est propheta sine honore, nisi in patriâ suâ; *Marc.* 6:4. *Refer ad* 𐌱𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽. 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽, Gignere, fœtum eniti.

𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌾𐌰𐌱𐌰 𐌹̈𐌼𐌼𐌰 𐌰𐌽𐌳𐌷𐌰𐌿𐍃𐌹𐌳𐌰: Libenter eum audiebat; *Marc.* 6:20. *item* 12:37. 𐌰𐍆 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌾𐍉𐌸𐌿𐌼 𐌸𐌹𐌶𐍉𐍃 𐌻𐌹𐌱𐌰𐌹𐌽𐌰𐌹𐍃: A voluptatibus vitæ; *Luc.* 8:14. *Videtur esse ab antiquo aliquo verbo Gothico quod proprietatem ac vim habeat Anglosaxonici* byꞃıᵹan. byꞃᵹan. ᵹebyꞃᵹan, Gustare. *prorsus ut Belgis* smakelick iet doen / hooren / of lesen *est Facere, audire, vel legere aliquid libenter, suaviter, cùm singulari voluptate ac gustu. Unde quoque illud Argentei codicis Marci* 14:65 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌿𐍂𐌾𐌰𐌱𐌰 𐌻𐍉𐍆𐌰𐌼 𐍃𐌻𐍉𐌷𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰, *libens reddiderim* Oppidò quàm lubentes alapis cædebant eum.

𐌲𐌰𐌱𐌴𐌹𐌲𐍃. 𐌲𐌰𐌱𐌹𐌲𐍃, Dives. 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰 𐌲𐌰𐌱𐌹𐌲𐍃, Homo dives; *Matth.* 27:57. *Luc.* 16:19. 𐌲𐌰𐌱𐌹𐌲𐌰𐌼𐌼𐌰, Divitem; *Marc.* 10:25. 𐍅𐌰𐍃 𐌲𐌰𐌱𐌴𐌹𐌲𐍃 𐍆𐌹𐌻𐌿: Erat dives valdè; *Luc.* 18:23. 𐌲𐌰𐌱𐌴𐌹𐌲𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐍂𐌰𐌶𐌽𐌰𐌽𐍃: Divites vicinos; *Luc.* 14:12. 𐌰𐍆 𐌲𐌰𐌱𐌴𐌹𐌽 𐌰𐍆𐍈𐌰𐍀𐌽𐌰𐌽𐌳: A divitiis suffocantur; *Luc.* 8:14. *Marc.* 4:19. 𐌲𐌰𐌱𐌹𐌲𐌽𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌹𐌳𐌰 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌰𐌽𐍃: Divites dimisit inanes; *Luc.* 1:53.

Digitized by Google

𐌲𐌰𐌱𐌹𐌽𐌳𐌰𐌽, Ligare, vincire. *Vide* 𐌱𐌹𐌽𐌳𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌱𐌻𐌴𐌹𐌸𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌿𐌽𐍃𐌹𐍃: Misertus nostri; σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς. *Marc.* 9:22. *Refer ad* 𐌱𐌻𐌴𐌹𐌸𐍃, Misericors.

𐌲𐌰𐌱𐌻𐌹𐌽𐌳𐌹𐌳𐌰 𐌹𐌶𐌴 𐌰𐌿𐌲𐍉𐌽𐌰: Excœcavit eorum oculos; *Joh.* 12:40. *Refer ad* 𐌱𐌻𐌹𐌽𐌳𐌰 *vel* 𐌱𐌻𐌹𐌽𐌳𐍃, Cœcus.

𐌲𐌰𐌱𐍉𐍄𐌰𐌽, Ad pristinam formam vel statum pristinum reducere; ἀποκαθιστᾶν. 𐌷𐌴𐌻𐌹𐌰 𐌵𐌹𐌼𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌰𐍆𐍄𐍂𐌰 𐌲𐌰𐌱𐍉𐍄𐌴𐌹𐌸 𐌰𐌻𐌻𐌰: Elias veniens restituet omnia; *Marc.* 9:12. *Anglosaxonibus* gebetan *est* Emendare, resarcire. gebeted beon, In integrum restitui, emendari. *Recurre ad ea quæ diximus in* 𐌱𐍉𐍄𐌰𐌽, Proficere, prodesse.

𐌲𐌰𐌱𐍂𐌿𐌺𐍉𐍃 𐌻𐌰𐌹𐌱𐍉𐍃: Fragmentorum reliquiæ; κλασμάτων περισσεύματα. *Marc.* 8:8. *Joh.* 6:13. *Refer ad* 𐌱𐍂𐌹𐌺𐌰𐌽, Rumpere.

𐌲𐌰𐌲𐌰𐌲𐌲𐌹𐌸, Fit, evenit; γίνεται. *Marc.* 11:23. *Ab hac verbi acceptione non abludit, quòd Anglis* **it will goe well or ill** / *Belgis* **'t sal wel of qualick gaen** / *tantundem sunt ac si dicas Benè vel malè procedet negotium: quòd item Runico lexico* ᚠᚼᛁᚴᚠᛁ *exponitur* Præstantia *vel* Secunda fortuna: *quòd denique Anglosaxonibus* genge beon *est* Præpollere, multum posse ad promovendum felicem totius rei exitum. ðær cyninges bene mid drihtne swiðode ⁊ genge wære:· Preces regis apud Deum plurimùm valebant; *Beda* III, 12. unc gegenge ne wæs. þ wit him. on ðegnscipe ðeowian wolden. Non tanti nobis erat ut ei per obsequium serviremus; *Cædmon* 18, 19. ge ungænge gedydon bebod Godes for setnysse eowrum:· Inritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. *R Matth.* 15:6.

𐌲𐌰𐌲𐌲, Platea. 𐌰𐌽𐌰 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰 𐌻𐌰𐌲𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐍃𐌹𐌿𐌺𐌰𐌽𐍃: In plateis ponebant infirmos; *Marc.* 6:56. 𐌰𐍄 𐌳𐌰𐌿𐍂𐌰 𐌿𐍄𐌰 𐌰𐌽𐌰 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰: Ad januam foris in bivio; *Marc.* 11:4.

𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽, Ire. *Joh.* 18:8. 𐌲𐌰𐌲𐌲 𐌹𐌽 𐌷𐌴𐌸𐌾𐍉𐌽 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌰: Intra in cubiculum tuum; *Matth.* 6:6. 𐌵𐌹𐌸𐌰 𐌳𐌿 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰. 𐌲𐌰𐌲𐌲. 𐌾𐌰𐌷 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌹𐌸: Dico huic, Vade, & vadit; *Matth.* 8:9. *Luc.* 7:8. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐍄𐍃 𐌹𐌽 𐌸𐍉 𐌱𐌰𐌿𐍂𐌲: Ite in civitatem; *Marc.* 14:13. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐍄𐍃 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰: Sequimini eum; *Ibidem*. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐍄𐍃 𐌹𐌽 𐌷𐌰𐌹𐌼 𐌸𐍉 𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐍉𐌽 𐌹𐌶𐍅𐌹𐍃: Ite in castellum quod contra vos est; *Marc.* 11:2. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌼 𐌳𐌿 𐌸𐌰𐌹𐌼 𐌱𐌹𐍃𐌿𐌽𐌾𐌰𐌽𐌴 𐌷𐌰𐌹𐌼𐍉𐌼: Eamus in proximos vicos; *Marc.* 1:38. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌹𐌳𐌰 𐌻𐌰𐌽𐌳𐌹𐍃:

Digitized by Google

𐌳𐌰𐌹𐍃: Abiit in regionem longinquam; *Luc.* 19: 12. *Anglosax.* gan. gangan. *Alam.* gan / gangan / giangan. *Cimbr.* FAKFAK. *Dan.* gaa. *Isl.* ganga. *Angl.* goe. *Belg.* gaen. *Omnium origo videtur peti posse ab* εἶμι, Eo: *ut nempe ab ejus Infinitivo* ἰέναι, Ire, *primò fuerit* jen / *ac postmodum, mutato J consono in G, factum sit* gen / gan. *ac per reduplicationem, Gothis atque Anglosaxonibus perfamiliarem,* gangan. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌲𐌴𐌹𐌲𐌰𐌽, Lucrari. 𐍈𐌰 𐌱𐍉𐍄𐌴𐌹𐌸 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰𐌽. 𐌾𐌰𐌱𐌰𐌹 𐌲𐌰𐌲𐌴𐌹𐌲𐌰𐌹𐌸 𐌸𐌰𐌽𐌰 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍈𐌿 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌼𐌰: Quid prodest homini, si lucretur mundum totum? *Marc.* 8: 36. 𐌲𐌰𐌲𐌴𐌹𐌲𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌸𐍉 𐌼𐌰𐌽𐌰𐍃𐌴𐌳 𐌰𐌻𐌻𐌰: Lucrifaciens mundum universum; *Luc.* 9: 25.

𐌲𐌰𐌲𐍂𐌴𐍆𐍄𐍃 𐌿𐍂𐍂𐌰𐌽, Edictum exiit; δόγμα ἐξῆλθε. *Luc.* 2: 1. *Græcis* γραφὴ *vel* ἀπογραφὴ *est Commentarius vel Index in quem ex decreto publico singulorum hominum census atque agri perscribuntur.*

• 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌱𐌰𐌽, Evenire. 𐌳𐌿𐌲𐌰𐌽𐌽 𐌹̈𐌼 𐌵𐌹𐌸𐌰𐌽 𐌸𐍉𐌴𐌹 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌱𐌰𐌽: Cœpit illis dicere quæ essent ipsi eventura; ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν. *Marc.* 10: 32.

𐌲𐌰𐌳𐌰𐌹𐌻𐌰𐌽𐍃, Socii, participes; κοινωνοί. *Luc.* 5: 10. *Refer ad* 𐌳𐌰𐌹𐌻𐌰, Pars, portio.

𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐌱𐌹𐌳𐌰 𐌹̈𐌶𐌴 𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐍉𐌽𐌰: Induravit corda eorum; πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν. *Joh.* 12: 40. *Plura vide in* 𐌳𐌰𐌿𐌱𐌰𐍄𐌰.

𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐍂𐍃𐍄𐌰, Audebat; *Marc.* 12: 34. *Anglosaxonibus* dearran. dyrran *est* Audere. dyrstig, Audax. dyrstignes, Audacia, præsumptio. gedyrstigan, Præsumere, audere. *pro quo tamen per metathesin dixerunt etiam* geðirstian, Audere. geðirstlæcean, Præsumere. ðyrste, Audax, temerarius, *&c.* *Alamannis* durren *est* Audere. sie thine passionem wole durren gebilethan / Passionem tuam strenuè audent profiteri; *Willeramus* VIII, 2. her ni dorsti / Ipse non audebat; *Rhythmus de S. Annone*, § 41. *Anglis* dare. *Belgis* derren / derben / dorben / durben. *Danis* jeg torff *est* Audeo. *Islandis* þor / Audacia. *Omnia manifestè sunt affinia Græco* θαῤῥεῖν, Audere, fiduciam habere.

𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐌸𐌽𐌰𐌽, Mori. 𐌱𐌰𐌽𐌳𐍅𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐍈𐌹𐌻𐌴𐌹𐌺𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌳𐌰𐌿𐌸𐌰𐌿 𐍃𐌺𐌿𐌻𐌳𐌰 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐌸𐌽𐌰𐌽: Innuens quâ morte esset moriturus; *Joh.* 12: 33. 𐌼𐌰𐌸𐌰 𐌹̈𐌶𐌴 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐌸𐌽𐌹𐌸: Vermis eorum non moritur; *Marc.* 9: 48. 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐌸𐌽𐍉𐌳𐌰 𐌳𐌰𐌿𐌷𐍄𐌰𐍂 𐌸𐌴𐌹𐌽: Mortua est filia tua; *Luc.* 8: 49. *Marc.* 5: 39. 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐌸𐌽𐍉-

Digitized by Google

𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌹̈𐌽 𐍅𐌰𐍄𐌽𐌰𐌼: Mortui sunt in aquis; *Matth.* 8:32. *Joh.* 6:58. *Vide quæ dicimus in* 𐌳𐌰𐌿𐌸𐍃, Mortuus.

𐌲𐌰𐌳𐌹𐌿𐍀𐌹𐌳𐌰, Profundè effodit; ἐβάθυνε. *Luc.* 6:48. *Refer ad* 𐌳𐌹𐌿𐍀, Profundus.

𐌲𐌰𐌳𐍉𐌼𐌾𐌰𐌽, Condemnare. 𐌲𐌰𐌳𐍉𐌼𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰 𐍃𐌺𐌿𐌻𐌰𐌽 𐍅𐌹𐍃𐌰𐌽 𐌳𐌰𐌿𐌸𐌰𐌿: Condemnaverunt eum esse reum mortis; κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου. *Marc.* 14:64. *Aliter accipitur verbum Matth.* 11:19. 𐌲𐌰𐌳𐍉𐌼𐌹𐌳𐌰 𐍅𐌰𐍂𐌸 𐌿𐍃𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰: Justificata est; ἐδικαιώθη. *Matth.* 11:19. *Refer ad* 𐌳𐍉𐌼𐌾𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌳𐍂𐌰𐌱𐌰𐌽 𐌿𐍃 𐍃𐍄𐌰𐌹𐌽𐌰: Excisus de petrâ; *Marc.* 15:46. *Vide quæ dicimus in* 𐌳𐍂𐌴𐌹𐌱𐌰𐌽, Tundendo excavare.

𐌲𐌰𐌳𐍂𐌰𐌲𐌺𐌴𐌹𐌸, Potum dedit; *Matth.* 10:42. *Vide* 𐌳𐍂𐌹𐌲𐌺𐌰𐌽, Bibere.

𐌲𐌰𐌳𐍂𐌰𐌿𐌷𐍄𐌴𐌹𐍃, Milites; *Marc.* 15:16. *Joh.* 19:2. 𐌹̈𐌺 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰 𐌹̈𐌼 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌿𐍆 𐍅𐌰𐌻𐌳𐌿𐍆𐌽𐌾𐌰 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌲𐌰𐌳𐍂𐌰𐌿𐌷𐍄𐌹𐌽𐍃: Ego homo sum habens sub potestate meâ milites; *Matth.* 8:9. 𐌲𐌰𐌳𐍂𐌰𐌿𐌷𐍄𐌴𐌹𐍃 *itaque dicti sunt* Milites, *i. apta bello manus, multitudo hinc inde ad usum belli collecta: nomine dubio procul desumpto à prisco aliquo verbo respondente Teutonico* gaderen / Colligere, in unum cogere; *ita Græcis* λογάδες, *absolutè*; λογάδες *item* ταγίαι *vel* στρατιῶται *dicuntur* Selecti milites. *Latinis quoque* Legio *dicta est, teste Varrone libro* IV *de* LL, quòd leguntur milites in dilectu. *Mirum itaque pluribus fortassè videbitur, quid moverit doctissimum antistitem Gothorum ut Lucæ* 3:14 𐌼𐌹𐌻𐌹𐍄𐍉𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 *diceret* Milites, *vocabulo manifestè satis ex* Militantes *corrupto: sed cogitandum Wulphilæ sæculo Gothos, per totam Italiam Romanis permixtos, plurimas voces Romanis dedisse, ac vicissim ab iis accepisse; cujus rei plurima passim exempla suppeditat nobis Argenteus codex, maximum Arctoæ antiquitatis decus.*

𐌲𐌰𐌳𐍂𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Præcipitare. *Vide* 𐌳𐍂𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Ex alto deorsum deturbare.

𐌲𐌰𐌳𐍂𐌹𐌿𐍃𐌰𐌽, Cadere. *Vide* 𐌳𐍂𐌹𐌿𐍃𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌳𐍂𐍉𐌱𐌽𐍉𐌳𐌰 𐌶𐌰𐌺𐌰𐍂𐌹𐌰𐍃: Turbatus est Zacharias; *Luc.* 1:12. 𐌽𐌿 𐍃𐌰𐌹𐍅𐌰𐌻𐌰 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰 𐌲𐌰𐌳𐍂𐍉𐌱𐌽𐍉𐌳𐌰: Nunc anima mea turbata est; *Joh.* 12:27. *Refer ad* 𐌳𐍂𐍉𐌱𐌾𐌰𐌽, Turbare. *ac magis etiam vide quæ annotavimus in* 𐌳𐍂𐌰𐌹𐌱𐌰𐌽, Vexare.

𐌲𐌰-

𐌲𐌰𐍆𐌰𐌷𐌰𐌽, Capere, apprehendere; *πιάσαι*. *Joh.* 10: 39. *Vide* **𐍆𐌰𐌷𐌰𐌽**, Capere.

𐌲𐌰𐍆𐌰𐌷𐍂𐌹𐌳𐌰 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽 𐌼𐌰𐌽𐍅𐌾𐌰𐌽 𐍆𐌰𐌽𐌹𐌽: Perfectam plebem parare Domino; *κατεσκευασμένον λαὸν ἑτοιμάσαι Κυρίῳ*. *Lucæ* 1: 17. *Suspicor autem* **𐌲𐌰𐍆𐌰𐌷𐍂𐌹𐌳𐌰** *esse ex* **𐌲𐌰𐍆𐌰𐌲𐍂𐌹𐌳𐌰**, *eo sensu quomodo* afægnod *vel* gefægnod *Anglosaxonibus est* Ornatus, venustatus, perpolitus. *vel ex illo* **𐍆𐌰𐌲𐍂** *quod Lucæ* 14: 35 *exponitur* Idoneus, utilis, aptus.

𐌲𐌰𐍆𐌰𐍃𐍄𐌰𐌽, Servare, conservare, observare, custodire. *Vide simplex* **𐍆𐌰𐍃𐍄𐌰𐌽**.

𐌲𐌰𐍆𐌰𐌿𐍂𐌳𐍃, Concilium, *συνέδριον*. *Marc.* 14: 55. *item* 15: 1. *Sicuti* **𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐌹** *illud, quod Argenteo codici sæpius est* Concilium, *manifestè satis derivatur ex* **𐍂𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽** *vel* **𐌲𐌰𐍂𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽**, Convenire, congregari: *ita quoque simile vero est* **𐌲𐌰𐍆𐌰𐌿𐍂𐌳𐍃** *factum ex* **𐍆𐌰𐍂𐌰𐌽** *vel* **𐌲𐌰𐍆𐌰𐍂𐌰𐌽**, Ire, proficisci. *Huc omnino pertinent quæ infra dicimus in* **𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐍃𐌰**, Forum, vicus. *& in* **𐌲𐌰𐌵𐌿𐌼𐌸𐌰**, Synagoga.

𐌲𐌰𐍆𐌹𐌻𐌷𐌰𐌽, Humare, sepelire. *Adi* **𐍆𐌹𐌻𐌷𐌰𐌽**.

𐌲𐌰𐍆𐍂𐌰𐌿𐌾𐌹𐌽𐍉𐌽𐌳 𐌹̈𐌼: Dominantur eis; *Marc.* 10: 42. *Refer ad* **𐍆𐍂𐌰𐌿𐌾𐌰**, Dominus.

𐌲𐌰𐍆𐍂𐌴𐌷𐌿𐌽, Audiverunt, resciverunt, famâ & auditione acceperunt. **𐌲𐌰𐍆𐍂𐌴𐌷𐌿𐌽 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐍂𐌳𐌰 𐌹̈𐍃𐍄**: Auditum est quòd in domo esset; *Marc.* 2: 1. *Hunc Argentei codicis locum valdè illustrant sequentia.* gefrægn ic, Rescivi, intellexi; *Cædmon* 43, 13. 49, 5. 54, 1. 55, 6. 69, 3. 75, 9. 85, 5. 90, 23. mine fræge, Quantum ego famâ percipere potui; *Cædmon* 70, 20. gefrægost, Celeberrimus; *Cædmon* 71, 8. pe gefrigen habað, Percepimus; *Cædmon* 63, 7. gefrigen habbað, Intellexerunt; *Cædmon* 71, 5. 80, 7. frægendlic læcedom, Celebre medicamentum; *Herb.* CLV, 2. ᛅᚠ ᚠᚱᛁᚠᚴᛅ *Cimbris est* Rumore percipere; *Vide Wormium ad epinicium Egilli Skallagrimi, Classis primæ Strophâ tertiâ.* ᚠᚱᛁᛐᛐᛁ, Audivit; *Runicum lexicon in* ᛁᛒᛅᛁᚱᛉᛁᛘ. ᚠᚱᛁᚠᚢᛅ, Celebris; *Runicum lexicon in* ᛅᚠᚢᚱᛁᚠᛘ. ᚢᛁᛁᚠ-ᚠᚱᛁᚠᚢᛅ, Inclytus, longè latéq; celebris; *Runicum lexicon in* ᛒᚢᚱᛁᛁᛅ. *Islandis* fretter *dicuntur* Rumores.

𐌲𐌰𐍆𐌿𐌻𐌲𐌹𐌽 𐍅𐌰𐍃 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌳 𐌰𐍆 𐌹̈𐌼: Absconditum erat istud verbum ab eis; *Luc.* 18: 34. **𐌲𐌰𐍆𐌰𐌻𐌷 𐍃𐌹𐌺 𐍆𐌰𐌿𐍂𐌰 𐌹̈𐌼**: Abscondit se ab iis; *Joh.* 12: 36. *Refer ad* **𐍆𐌿𐌻𐌲𐌹𐌽**, Occultum.

Digitized by Google

𐌲𐌰𐍆𐌿𐌻𐌻𐌾𐌰𐌽, Implere. **𐍃𐍅𐌰 𐍃𐍅𐌴 𐌹̈𐍄𐌰 𐌾𐌿𐌸𐌰𐌽 𐌲𐌰𐍆𐌿𐌻𐌻𐌽𐍉𐌳𐌰**: Ita ut jam impleretur; *Marc.* 4: 37. **𐌲𐌰𐍆𐌿𐌻𐌻𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐍃𐍅𐌰𐌼 𐌰𐌺𐌴𐌹𐍄𐌹𐍃**: Implens spongiam aceto; *Marc.* 15: 36. **𐌼𐌴𐌻𐌾𐌰𐌽 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌷𐍄 𐌱𐌹 𐌸𐍉𐍃 𐌲𐌰𐍆𐌿𐌻𐌻𐌰𐍅𐌴𐌹𐍃𐌹𐌳𐍉𐌽𐍃 𐌹̈𐌽 𐌿𐌽𐍃 𐍅𐌰𐌹𐌷𐍄𐌹𐌽𐍃**: Scribere narrationem rerum quæ in nobis completæ sunt; *Luc.* 1: 1. *Refer ad* **𐍆𐌿𐌻𐌻𐍃**, Plenus.

𐌲𐌰𐌾𐌹𐌿𐌺𐌰𐌹𐌳𐌰 𐌸𐌰𐌽𐌰 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍈𐌿: Vici mundum. *propriè*, Subjugavi mundum. *Joh.* 16: 33. *Refer ad* **𐌲𐌰𐌾𐌿𐌺**, Jugum.

𐌲𐌰𐌾𐌿𐌺, Jugum, *item* Par quodvis rerum similium: *nam binæ res ac pares, mutuo sibi additæ, plurimarum gentium idiotismo* Jugum *vocantur. Ita Lucæ* 2: 24. **𐌲𐌰𐌾𐌿𐌺 𐌷𐍂𐌰𐌹𐍅𐌰𐌳𐌿𐌱𐍉𐌽𐍉** *est* Par turturum. ζεῦγος τρυγόνων. *ac Lucæ* 14: 19 **𐌾𐌿𐌺𐌰 𐌰𐌿𐌷𐍃𐌽𐌴 𐍆𐌹𐌼𐍆** *sunt* Juga boum quinque. *Anglosaxonibus* ᵹeoc. ioc *est* Jugum. *Alam.* ioch / ioh. *Dan.* aag. *Angl.* yoke. *Belg.* jock. *Vide Vossii etymologicum Latinum in* Jugum. *Nostrum item etymologicum Anglicum in* yoke *&* juge.

𐌲𐌰𐌾𐌿𐌺𐍉, Parabola, similitudo; *Luc.* 8: 9. *atque ita passim accipitur vox in Argenteo codice, intelligiturq; de duabus rebus diversis quidem, quæ tamen ob aliquam convenientiam componuntur comparanturq;. nam* **𐌲𐌰𐌾𐌿𐌺** *est* Jugum, *sicuti proximè vidimus.*

𐌲𐌰𐌷𐌰𐌱𐌰𐌽, Tenere; *Marc.* 3: 22. 6: 17. *Refer ad* **𐌷𐌰𐌱𐌰𐌽**, Tenere, servare.

𐌲𐌰𐌷𐌰𐍆𐍄𐌽𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽 𐌿𐌽𐍃𐌹𐍃 𐍃𐍄𐌿𐌱𐌾𐌿: Adhærentem nobis pulverem; τὸν κολληθέντα ἡμῖν τὸν κονιορτόν. *Luc.* 10: 11. **𐌲𐌰𐌷𐌰𐍆𐍄𐌹𐌳𐌰 𐍃𐌹𐌺 𐍃𐌿𐌼𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌱𐌰𐌿𐍂𐌲𐌾𐌰𐌽𐌴 𐌾𐌰𐌹𐌽𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌿𐌾𐌹𐍃**: Adhæsit uni civium regionis illius; ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης. *Luc.* 15: 15.

𐌲𐌰𐌷𐌰𐌷𐌰𐌹𐌳𐌰 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌰𐌹 𐌳𐌿 𐌷𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽 𐌹̈𐌼𐌼𐌰: Omnis populus suspensus erat audiens illum; ὁ λαὸς ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων. *Luc.* 19: 48. **𐌿𐌽𐌳 𐍈𐌰 𐍃𐌰𐌹𐍅𐌰𐌻𐌰 𐌿𐌽𐍃𐌰𐍂𐌰 𐌷𐌰𐌷𐌹𐍃**: Quousque animam nostram tollis? *i. Suspendis, vel Suspensam tenes.* ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; *Joh.* 10: 24. *Vide quæ annotavimus in* **𐌷𐌰𐌿𐌷**, Altus.

𐌲𐌰𐌷𐌰𐌷𐌾𐍉, Deinceps, ex ordine, consequenter; καθεξῆς. *Luc.* 1: 3. *à* **𐌷𐌰𐌷𐌰𐌽. 𐌲𐌰𐌷𐌰𐌷𐌰𐌽**, Pendere. *ac propriè usurpatur de rebus continuatâ serie mutuo sibi usque adeò arctè adhærentibus, ut aliud ex alio velnti pendere videatur.*

Digitized by Google

gahailjan, Curare, mederi, sanare; *Luc.* 9:1. gahailidedun, Sanabantur; *Marc.* 6:13. gahailidai wesun, Curabantur; *Luc.* 6:18. gahailniþ, Sanabitur; *Matth.* 8:8. *Refer ad* hailjan, Curare, sanare.

gahaitan, Spondere, promittere. gahaihaitun imma faihu giban: Promiserunt ei pecuniam dare; *Marc.* 14:11. *Anglosaxonibus* gehatan *est* Polliceri, vovere. gehat, Votum, promissum. *Cimbris* ✱IIAA *est* Vovere. ✱IIA, Votum. *Alamannis* geheizen / kiheizen *est* Spondere. geheiz / Promissum. *Utebantur & simplici* heit. *glossæ Lipsii*; heitinga / Vota. *Etiam* heizen *occurrit apud Willeramum* 111, 10; thiu *divina eloquia* heizent thiu selua wunna. Divina eloquia spondent idem gaudium. *Huc etiam refer Gallicum* souhaiter, *Desiderare, optare. Omnia quàm proximè accedunt ad* αἰτεῖν, Petere, postulare, poscere.

gahausjan *vide* hausjan, Audire.

gahlaibai, Condiscipuli. qaþ þomas þaim gahlaibam seinaim: Dixit Thomas condiscipulis suis; *Joh.* 11:16. *Nescio an affine aliquid habeat cum Alamannico* liab / leib / lib / lieb / lief / lif / liob / liub / Carus, dilectus. *Alamannicum gl B*, 50; Sodalibus, kaleibom. *quod manifestè consentit cum citato Argentei codicis loco. ac fortassè quoque cum ejusdem codicis verbis Lucæ* 1:54; hleibida Israela þiumagu seinamma: Suscepit Israël puerum suum.

gahnaiwidana insandidedun: Contumeliosè habitum dimiserunt; *Marc.* 12:4. *Huic affine est illud Bedæ libro Quarto hist. eccl. cap.* 15; gehnægde þa mægðe mid heꝼignan ðeopdome, Subegit provinciam graviore servitio; *Alioqui* hnigan *ut plurimùm denotat Anglosaxonibus Obedientiam submissionémq; testari leni quadam capitis inclinatione & genuum totiúsve corporis incurvatione.* hnigan to hehꝼelde, Ad thronum Dei reverenter incurvare se; *Cædmon* 96, 1. Loth hnah þam gieꝼtum to ꝼotum, Loth demisit se ad pedes hospitum; *Cædmon* 53, 4. hnigan mid heaꝼdum, Demissis atque inclinatis capitibus obedientiam submissionémq; testari; *Cædmon* 18, 18. onhnigon to ðam heꝼige, Inclinabant se coràm delubro; *Cædmon* 79, 1. onhnigendum heaꝼde ꝼymle hiꝼ geꝼihða adune on eoꝼðan beꝼette, Inclinato capite semper aspectum in terram defigat; *Reg. Benedicti, cap.* 7. *Theotiscis quoque minimè ignotum verbum.* hneigit / Vergit, inclinat; *gl B*, 55. finikan werden / Incurventur; *gl B*, 24. kehneickente / Declinantes. si kehneigit / Declinetur;

Digitized by Google

Kero. kineigit / Proclivum. kinigene / Proni; *gl C*, 12. geneigich / Proclivis; *gl D*, 32. *Belgis* geneyght / genegen / toe-genegen *est* Pronus, propensus, proclinis ad aliquid. *Fœminæ quoque Belgis dicuntur* nijgen / *quum moderatâ genuum flexurâ honoris ergò salutant alios. Pro* 𐌷𐌽𐌰𐌹𐍆𐌰𐌽 *interim etiam* 𐌷𐌽𐌰𐌹𐍅𐌰𐌽 *vel* 𐌷𐌽𐌴𐌹𐍅𐌰𐌽 *videtur usurpâsse codex Argenteus: quæ valdè sunt affinia Græco* νεύειν.

𐌲𐌰𐌷𐌽𐌰𐌹𐍅𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌿𐍃𐌷𐌰𐌿𐌷𐌹𐌳𐌰: Humiles exaltavit; *Luc.* 1: 52. 𐌲𐌰𐌷𐌽𐌰𐌹𐍅𐌾𐌰𐌳𐌰, Humiliabitur; *Luc.* 3: 5. 18: 14. *Refer ad* 𐌷𐌽𐌰𐌹𐍅𐌾𐌰𐌽, Humiliare. *quod habes in* 𐌷𐌽𐌴𐌹𐍅𐌰𐌽, Inclinare, declinare.

𐌲𐌰𐌷𐍉𐍂𐌹𐌽𐍉𐌳𐌰 𐌹𐌶𐌰𐌹 𐌹𐌽 𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐌹𐌽 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌼𐌼𐌰: Mœchatus est eam in corde suo; *Matth.* 5: 28. *Refer ad* 𐌷𐍉𐍂𐍉𐍃, Adulteri.

𐌲𐌰𐌷𐍂𐌰𐌹𐌽𐌾𐌰𐌽, Mundare. *Refer ad* 𐌷𐍂𐌰𐌹𐌽𐍃, Mundus, purus.

𐌲𐌰𐌷𐌿𐌲𐌳𐌰, Cogitatio; *Marc.* 12: 30. *Luc.* 1: 51. *Refer ad* 𐌷𐌿𐌲𐌾𐌰𐌽, Cogitare; *quod affine est Græco* ἡγοῦμαι, Dūco, arbitror, existimo. *Vide annotata ad Tatiani* XVII, 1.

𐌲𐌰𐌷𐌿𐌻𐌹𐌸 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰𐌽: Operiri; *Matth.* 8: 24. 𐌽𐌹𐍅𐌰𐌹𐌷𐍄 𐌹𐍃𐍄 𐌲𐌰𐌷𐌿𐌻𐌹𐌸. 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌽𐌹 𐌰𐌽𐌳𐌷𐌿𐌻𐌾𐌰𐌹𐌳𐌰𐌿: Nihil est opertum, quod non revelabitur; *Matth.* 10: 26. *Vide* 𐌷𐌿𐌻𐌾𐌰𐌽, Operire, tegere, celare.

𐌲𐌰𐌹𐌰𐌹𐌽𐌽𐌰, Gehenna. *Græci ab Hebræis mutuati sunt suum* γέεννα *pro Valle quadam urbi Hierosolymitanæ vicinâ, quæ* גי הנום *dicebatur*, Vallis Hinnom, *in quâ olim Israëlitæ, immanibus vicinarum gentium superstitionibus mancipati, liberos suos Idolis adolebant. Inde factum est ut vox postea translata sit ad Inferorum sedes cruciatui damnatorum destinatas. Gallis quoque* genne, gehenne *inde videtur dicta Machina pluribus intenta funibus vel fidiculis, quibus distenduntur facinorosi ad extorquendam commissi criminis confessionem. Anglis quoque* ginnes *sunt Laquei, pedicæ.*

𐌲𐌰𐌹𐌱𐌽𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰 𐌸𐌿𐌺 𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰𐌹: Æquabunt te solo; ἐδαφιοῦσί σε. *Luc.* 19: 44. *Refer ad* 𐌹𐌱𐌽𐍃, Æqualis, planus.

𐌲𐌰𐌹𐌳𐌳𐌾𐌰 𐍃𐌹𐌺 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹: Convenit turba; *Marc.* 3: 20. 𐌲𐌰𐌹𐌳𐌳𐌾𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌰𐍀𐌰𐌿𐍃𐍄𐌰𐌿𐌻𐌴𐌹𐍃 𐌳𐌿 𐌹𐌰𐌹𐍃𐌿𐌰: Convenerunt apostoli ad Jesum; *Marc.* 6: 30. *Refer ad* 𐌲𐌰𐌵𐌹𐌼𐌰𐌽, Convenire, congregari.

𐌲𐌰𐌹𐌳𐍂𐌴𐌹𐌲𐍉𐌳𐌴𐌳𐌴𐌹𐌽𐌰, Pœnitentiam egissent; *Luc.* 10: 13. *Refer ad* 𐌹𐌳𐍂𐌴𐌹𐌲𐍉 𐌼𐌹𐌺: Pœnitet me.

𐌲𐌰𐌹𐍂𐌳𐌰,

Digitized by Google

𐌲𐌰𐌹𐍂𐌳𐌰, Zona. 𐌲𐌰𐌹𐍂𐌳𐌰 𐍆𐌹𐌻𐌻𐌴𐌹𐌽𐌰: Zonam pelliceam; *Marc.* 1:6. 𐌰𐌹𐌶 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐍂𐌳𐍉𐍃: Æs in zonâ; *Marc.* 6:8. *Anglosaxonibus* ʒẏpdel *est* Zona, cinctorium, cingulum. *Alam.* gurdel. *Dan.* gyrdel. *Angl.* girdle. *Belg.* gordel. *Anglosaxonibus* ʒẏpdan *est* Cingere. *Alam.* gurten/curten. *Dan.* gyrde. *Angl.* gird. *Belg.* gorden. γυρῶ *Græcis est* Colligere in gyrum.

𐌲𐌰𐌹𐍂𐌽𐌰𐌽, Desiderare. 𐍆𐌰𐌽 𐌸𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌹𐍂𐌽𐌴𐌹𐌸: Dominus operam ejus desiderat; ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει. *Matth.* 11:3. *Luc.* 19:31. 𐌲𐌰𐌹𐍂𐌽𐌹𐌳𐌰 𐍃𐌰𐌳 𐌹̈𐍄𐌰𐌽: Cupiebat implere ventrem; ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν. *Luc.* 15:16. & 16:21. 𐌲𐌰𐌹𐍂𐌽𐌴𐌹𐌸 𐌲𐌰𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌽: Cupietis videre; ἐπιθυμήσετε ἰδεῖν. *Luc.* 17:22.

𐌲𐌰𐌹𐍄𐌴𐌹𐌽 𐌰𐍄𐌲𐌰𐍆𐍄 𐌼𐌹𐍃: Hœdum dedisti mihi; ἔριφον ἔδωκας ἐμοί. *Luc.* 15:29. *Anglosaxonibus* ʒæt. ʒat, *est* Capra, capella. *Alamannis* geiz. *Danis* geed. *Islandis* geit. *Anglis* goat. *Belgis* geyt. *Quum animal hoc villis notabiliter sit insigne, præcipuè tamen capræ* in Ciliciâ circáq; Syrtes villo tonsili vestiantur, *ut author est Plinius nat. hist.* VIII, 50. *parum quoque abest quin huic animali putem nomen inditum à* χαίτη, Juba, coma. *nam sicuti capræ armis quàm villosissimis maximè commendantur, ita prolixiores villi ab armis dependentes, jubam quodammodo referunt. De caprarum tonsurâ agit Varro sub finem libri Secundi de Re rusticâ. Alamannico interim* geiz *affine est Hebræum* עֵז, Capra. *sicuti &* גְדִי, Hœdus.

𐌲𐌰𐌺𐌰𐌽𐌽𐌹𐌳𐌰 𐌿𐌽𐍃𐌹𐍃 𐍆𐌰𐌽: Ostendit nobis Dominus; ἐγνώρισεν ἡμῖν ὁ Κύριος. *Luc.* 2:15. 𐌲𐌰𐌺𐌰𐌽𐌽𐌹𐌳𐌰 𐌹̈𐌼 𐌽𐌰𐌼𐍉 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌰𐍄𐌰. 𐌾𐌰𐌷 𐌺𐌿𐌽𐌽𐌾𐌰: Notum feci eis nomen tuum, & facio; ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωρίσω. *Joh.* 17:26. 𐌲𐌰𐌺𐌰𐌽𐌽𐌰𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌱𐌹 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌳: Cognoverunt de verbo; διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος. *Luc.* 2:17.

𐌲𐌰𐌺𐍂𐍉𐍄𐌿𐌳𐌰, Conquassabitur; συνθλασθήσεται. *Luc.* 20:18. *Fortassè affine huic illud Theotisci glossarii* C, 11; Perculsus, thurahcruzit. *quemadmodum & Anglicum* to crush in pieces / *Friare, in minutissimas partes confringere. quæ non ita longè videntur abire à* κρούω, Pulso, collido. κροῦσις, Pulsatio, collisio. *Belgis quoque* kritse *est* Palea, festuca. kritsen sterken / Minutissimæ rei exiguum fragmentum. *Nisi quis putet* krits *dici minutissimum quodque & quicquid scalpendo veluti corradi potest*; *à* kratsen / Scalpere.

𐌲𐌰𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌹𐌸 𐌱𐌻𐍉𐌼𐌰𐌽𐍃 𐌷𐌰𐌹𐌸𐌾𐍉𐍃: Considerate lilia agri; καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ. *Matth.* 6:28. 𐌽𐌹𐌿 𐌲𐌰𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌸: Non legistis?

Digitized by Google

legistis? *ὀυκ ἀνέγνωτε;* *Marc.* 12:26. 𐌽𐌹𐌷 𐌹̈𐍃𐍄 𐍆𐌿𐌻𐌲𐌹𐌽. 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌹𐌳𐌰𐌿: Non est absconditum, quod non cognoscetur; *ὀυκ ἐστι κρύφιον, ὃ ὀυ γνωσθήσεται.* *Luc.* 8:17. *Refer ad* 𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌽, Noscere, scire.

𐌲𐌰𐌻𐌰𐌲𐌾𐌰𐌽, Ponere, mittere, collocare. *Sæpissimè usurpatur pro simplici* 𐌻𐌰𐌲𐌾𐌰𐌽. *quod vide.*

𐌲𐌰𐌻𐌰𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽𐍃 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌸𐌿𐌽 𐌹̈𐌼𐌼𐌰: Prosecuti sunt eum; *Marc.* 1:36. *Refer ad* 𐌻𐌰𐌹𐍃𐍄𐌾𐌰𐌽, Sequi.

𐌲𐌰𐌻𐌰𐌸𐍉𐌸 𐍆𐍂𐌹𐌾𐍉𐌽𐌳𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐌲𐌰𐍂𐌰𐌶𐌽𐌰𐌽𐍃: Convocat amicos & vicinos; *Luc.* 15:6. *Refer ad* 𐌻𐌰𐌸𐍉𐌽, Vocare, ad se advocare, invitare.

𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌾𐌰𐌽, Credere. 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃, Credentes. 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌴𐌹𐌽𐍃, Fides. *Anglosax.* ȝeleaꝼa *vel* ȝelyꝼa *est* Fides. ȝelyꝼan, Credere. *Alam.* giloubo / kilauba / kilaupa *est* Fides. *Angl.* **belief.** *Belg.* **geloobe.** *Cum nihil aliud sit* Credere *quàm Non repugnare iis quæ dicuntur quò minùs fidem consequantur (quomodo Priscianus libro Decimo vult* Credo *dictum, quasi* Cretum do; *accipiendo nempe* Cretum *pro Decretum certúmq;) planè videtur verbum* 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌾𐌰𐌽 *referendum ad illud* 𐌻𐌰𐌿𐌱𐌾𐌰𐌽 *vel* 𐌿𐍃𐌻𐌰𐌿𐌱𐌾𐌰𐌽, Concedere, permittere, *quod occurrit Matth.* 8:21 *&* 31. *item Luc.* 8:32. *Vide annotata nostra ad Tatiani* CLX, 4. *ubi totam originationis hujus rationem fusiùs prosequimur.*

𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌾𐌰𐌽, Credere, fidei alicujus committere. 𐌾𐌰𐌱𐌰𐌹 𐌹̈𐌽 𐌹̈𐌽𐍅𐌹𐌽𐌳𐌰𐌼𐌼𐌰 𐍆𐌰𐌹𐌷𐌿𐌸𐍂𐌰𐌹𐌷𐌽𐌰 𐍄𐍂𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌹 𐌽𐌹 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌸𐌿𐌸. 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐍃𐌿𐌽𐌾𐌴𐌹𐌽𐍉 𐍈𐌰𐍃 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌴𐌹𐌸: Si in iniquo mammonâ fideles non estis, quod verum est quis credet vobis? *Luc.* 16:11.

𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌲𐌽𐌾𐌰𐌽, Latere; *Marc.* 7:24. *Vide* 𐌻𐌰𐌿𐌲𐌽𐌾𐌰𐌽, Inficiari.

𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, *vide* 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Liberare, solvere.

𐌲𐌰𐌻𐌲𐌰, Crux. *Matth.* 10:38. *Marc.* 8:34. 10:21. *Anglosax.* ȝalȝa. ȝealȝ. *Alam.* galge / kalgo. *Angl.* **gallows.** *Dan. Isl. Belg.* **galge** / *quod summus magister eruditiorum Vossius derivat à* Gabulus. *Vide ejus etymologicum in voce. Quidam Gabuli vocabulum derivant ab Hebræo* גבה, Altus, celsus. *Cum quâ originatione mirè consonat quod Theotiscum* hahan *&* hangan / Suspendere, crucifigere, *videantur facta ex* hah *vel* hoh / *Altus. Vide Observata nostra ad Willerami paginam* 68. *ac magis etiam etymologicum nostrum Anglicum in* **Gallows.**

𐌲𐌰-

𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺𐌰𐌽. *vide* 𐌻𐌴𐌹𐌺𐌰𐌽, Placere.

𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺𐌹𐌽𐍉𐌽, Curari; θεραπευθῆναι. *Refer ad* 𐌻𐌴𐌹𐌺, Medicus.

𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺𐍃. *vide* 𐌻𐌴𐌹𐌺𐍃, Similis.

𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽, Ire; *Matth.* 8:21 & 31. 𐌹𐌱𐌰𐌹 𐌾𐌰𐌷 𐌾𐌿𐍃 𐍅𐌹𐌻𐌴𐌹𐌸 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽: Numquid & vos vultis abire? *Joh.* 6:67. 𐌰𐌶𐌹𐍄𐌹𐌶𐍉 𐌹𐍃𐍄 𐌿𐌻𐌱𐌰𐌽𐌳𐌰𐌿 𐌸𐌰𐌹𐍂𐌷 𐌸𐌰𐌹𐍂𐌺𐍉 𐌽𐌴𐌸𐌻𐍉𐍃 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽: Facilius est camelum per foramen acus transire; *Marc.* 10:25. 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌹𐌽 𐍃𐍅𐌽𐌰𐌲𐍉𐌲𐌴𐌽: Ingressus in synagogam; *Marc.* 1:21. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌰𐌹 𐍃𐌹𐌽𐌳 𐌸𐌰𐌹 𐌹𐌽𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃: Multi sunt intrantes; *Matth.* 7:13. 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌹𐌸 𐌹𐌽 𐌲𐌰𐍂𐌳𐌰 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌰: Abiit in domum suam; *Matth.* 9:7. 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽 𐌷𐌹𐌽𐌳𐌰𐍂 𐌼𐌰𐍂𐌴𐌹𐌽: Transfretare, ire trans fretum; *Matth.* 8:18. *Vide quæ annotamus in* 𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌻𐌴𐍅𐌾𐌰𐌽, Offerre, exhibere, præbere. *item* Tradere, prodere. *Vide quæ dicimus in* 𐌻𐌴𐍅𐌾𐌰𐌽, Tradere, prodere.

𐌲𐌰𐌻𐌹𐍃𐌹𐌸 𐌸𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌻𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐍃: Congregabit electos suos; *Marc.* 13:27. 𐌲𐌰𐌻𐌹𐍃𐌹𐌸 𐌸𐍉𐍃 𐌰𐍆𐌻𐌹𐍆𐌽𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹𐌽𐍃 𐌳𐍂𐌰𐌿𐌷𐍃𐌽𐍉𐍃: Colligite quæ supersunt fragmenta; *Joh.* 6:12. 𐌲𐌰𐌻𐌴𐍃𐌿𐌽 𐍃𐌹𐌺 𐌳𐌿 𐌹𐌼𐌼𐌰 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽𐍃 𐍆𐌹𐌻𐌿: Congregaverunt se ad eum turbæ multæ; *Marc.* 4:1. *Joh.* 11:47. *Vide* 𐌻𐌹𐍃𐌰𐌽, Legere, colligere, congregare.

𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐌹𐌳𐌰 𐌸𐍉: Uxorem duxerat eam; *Marc.* 6:17. *Refer ad* 𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐌽, Ducere uxorem.

𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐍇𐍂𐌹𐍃𐍄𐌾𐌰𐌹𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐍀𐍂𐌰𐌿𐍆𐌴𐍄𐌴𐌹𐍃 𐌿𐍂𐍂𐌴𐌹𐍃𐌰𐌽𐌳: Pseudochristi & pseudoprophetæ exsurgent; *Marc.* 13:22. 𐌽𐌹 𐍃𐌹𐌾𐌰𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐍃: Ne esto falsus testis; *Marc.* 10:19. *Luc.* 18:20. 𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐌰𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌰𐌽𐌰 𐌹𐌽𐌰: Falsum testimonium dicebant adversus eum; *Marc.* 14:56. *Refer ad* 𐌻𐌹𐌿𐌲𐌽, Mendacium.

𐌲𐌰𐌻𐌿𐌺𐌰𐌽. *vide* 𐌻𐌿𐌺𐌰𐌽, Claudere.

𐌲𐌰𐌼𐌰𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃, Debiles; ἀναπήρους. *Luc.* 14:13. *at Lucæ* 4:18 𐌲𐌰𐌼𐌰𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃 *codex Argenteus exponit* Confractos; τεθραυσμένους. *Videtur referendum ad illud* 𐌼𐌰𐌹𐍄𐌰𐌽, *quod suo loco exponimus* Concidere, conscindere, præsecare.

𐌲𐌰𐌼𐌰𐌹𐌽𐌾𐌰𐌹𐌼 𐌷𐌰𐌽𐌳𐌿𐌼. 𐌸𐌰𐍄 𐌹𐍃𐍄 𐌿𐌽𐌸𐍅𐌰𐌷𐌰𐌽𐌰𐌹𐌼. 𐌼𐌰𐍄𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃: Communibus manibus, id est illotis, manducantes; *Marc.*

Digitized by Google

Marc. 7:2. *& mox ejusdem capitis commate* 15 **gamainjan** *est* Coinquinare, polluere. *Interpres nimirum expressit Græcum* κοινὸς *&* κοινῶσαι. *nam* κοινὸν *in Novo fœdere nuncupatur, quicquid Profanum est atque immundum, quodq; omnes in promiscuo habent usu.*

gamalwidans hairtin ganasjan: Contritos corde sanare; *Luc.* 4:18. *Fortassè affine est Græco* ἀμαλὸς, Tener, mollis, debilis, *vel* μαλακὸς, Mollis.

gamanam bandwidedun: Sociis annuerunt; κατένευσαν τοῖς μετόχοις. *Luc.* 5:7. *Anglosaxonibus* ȝemana *est* Consortium. *à* ȝemæn, Communis.

gamanwjan, Parare, præparare. *Vide simplex* **manwjan**.

gamarzjan, Scandalizare. *Vide simplex* **marzjan**.

gamatidedun, Manducaverunt; *Marc.* 8:8. *Refer ad illud* **matjan**, Manducare. *quod habes in* **mats**, Esca, cibus.

gamaudeiþ izwis allis þatei qaþ du izwis: Suggeret vobis omnia quæcunque dixi vobis; ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν. *Joh.* 14:26.

gamaurgida þans dagans: Breviavit dies; ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας. *Marc.* 13:20.

gameleins, Scriptura; *Joh.* 7:38. *item* **þata gamelido**, Scriptura, quod scriptum est; *Joh.* 10:35. *sicuti & Joh.* 17:12. *Refer ad* **meljan**. **gameljan**, Scribere.

gamikilida fan armahairtein seina bi izai: Magnificavit Dominus misericordiam suam in illâ; *Luc.* 1:58. *Refer ad* **mikils**, Magnus.

gamostedun *occurrit Marc.* 2:2; **swa swe ni gamostedun nih at daura**: Ita ut ne quidem possent [accedere] ad januam. *Mihi certè* **gamostedun** *illud videtur esse à* **magan**, Posse; *ut Belgicum* most *& Plur.* mosten *est à* mogen / Posse. *atque ita mox commate* 4 *sequitur*, **ni magandans neƕa qiman**.

gamot, Capit; χωρεῖ. **waurd mein ni gamot in izwis**: Sermo meus non capit in vobis; ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. *Joh.* 8:37.

gamotjan. *Vide* **motjan**, Occurrere, obviam ire.

Digitized by Google

gamunan, Meminisse; *Luc.* 1:72. **ni gaman aglons**: Non meminit pressuræ; *Joh.* 16:21. **ni gamunuþ**: Non recordamini; *Marc.* 8:18. **gamuneiþ**, Mementote; *Joh.* 15:20. 16:4. **gamunda**, Recordatus est; *Matth.* 26:75. **gamundedum**, Recordati sumus; *Matth.* 27:63. **gamundedun**, Recordati sunt; *Joh.* 12:16. **gamunands**, Recordatus; *Marc.* 11:21. *Luc.* 1:54. **du gamunjan ïzos**: In memoriam ejus; *Marc.* 14:9. **ufarmunnodedun**, Obliti sunt; *Marc.* 8:14. *Anglosaxonibus* munan. ʒemunan. ʒemynan *est* Meminisse, recordari. ʒemynd, Memoria. ʒemyndiʒ, Memor, *&c.* *Alamannis* gimuntigan *est* Meminisse. in mina gimunt / In meam memoriam. *Danis* eg mindis *est* Recordor, reminiscor. *Islandis* eg man. *unde* eg munde *iis est* Recordatus sum. *Anglis* to bee mindfull / to call to minde *est* Meminisse, *&c.* *Antiquum interim* munan *videri potest desumptum ex* μνημονεύειν, Memorem esse, meminisse, *abjectâ primâ syllabâ: quum enim nulla uspiam vox (quantum ego quidem memini) ab MN incipiens occurrat in Gothicis, Anglosaxonicis, Cimbricis, Alamannicis, ullisve aliis Septentrionalium monumentis, verisimile quoque est Patres nostros primam syllabam in* μνημονεύειν *aversatos, ut insolentiorem atque idiomati patrio minùs congruentem.*

ganah siponi ei wairþai swe laisareis ïs: Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus; *Matth.* 10:25. **ganah unsis**: Sufficit nobis; *Joh.* 14:8. **aflaiþ jera ganoha**: Peregre fuit multis temporibus; *Luc.* 20:9. *Anglosax.* ʒenoh. *Alam.* ginuoh. *Angl.* enough. *Belg.* genoeg. *Cimbris* ᚠᚴᛅᚠᛅᛚ ᚠᛅᚦᚢᚼ *dicitur* Vir omnium rerum copiâ abundans: *Runicum lexicon in* ᚠᛅᚦᚢᚼ. *Inductus interim priscâ codicis Argentei orthographiâ libens deduxerim* **ganah** *à* χαίνω, Lætitiâ afficio, voluptatem affero; *quòd nihil æquè miseros mortales exhilaret, quàm rerum omnium satietas. Vide Regem prophetam Ps.* IV, 8.

gananþida rodjands, Cessavit loquens; ἐπαύσατο λαλῶν. *Luc.* 5:4.

ganasjan, Sanare, ἰάσασθαι. **ïnsandida mik du ganasjan þans gamalwidans hairtin**: Misit me sanare contritos corde; *Luc.* 4:18. *Ab hac Sanandi significatione usurpari cœpit verbum pro* Servare, σῶσαι. **saei wili saiwala seina ganasjan. fraqisteiþ ïzai**: Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; *Marc.* 8:35. 15:31. *Luc.* 6:9. **saei fraqisteiþ saiwalai seinai ïn meina. ganisjiþ þo**: Qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam; *Luc.* 9:24. **ganisan**, Ser-

Marc. 7 : 2. *& mox ejuſdem capitis commate* 15 𐌲𐌰𐌼𐌰𐌹𐌽𐌾𐌰𐌽 *eſt* Coinquinare, polluere. *Interpres nimirum expreſſit Græcum* κοινὸς *&* κοινῶσαι. *nam* κοινὸν *in Novo fœdere nuncupatur, quicquid Profanum eſt atque immundum, quodq; omnes in promiſcuo habent uſu.*

𐌲𐌰𐌼𐌰𐌻𐍅𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐌹𐌽 𐌲𐌰𐌽𐌰𐍃𐌾𐌰𐌽: Contritos corde ſanare; *Luc.* 4 : 18. *Fortaſſè affine eſt Græco* ἁμαλὸς, Tener, mollis, debilis, *vel* μαλακὸς, Mollis.

𐌲𐌰𐌼𐌰𐌽𐌰𐌼 𐌱𐌰𐌽𐌳𐍅𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽: Sociis annuerunt; κατένευσαν τοῖς μετόχοις. *Luc.* 5 : 7. *Angloſaxonibus* ʒemana *eſt* Conſortium. *à* ʒemæn, Communis.

𐌲𐌰𐌼𐌰𐌽𐍅𐌾𐌰𐌽, Parare, præparare. *Vide ſimplex* 𐌼𐌰𐌽𐍅𐌾𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌼𐌰𐍂𐌶𐌾𐌰𐌽, Scandalizare. *Vide ſimplex* 𐌼𐌰𐍂𐌶𐌾𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌼𐌰𐍄𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽, Manducaverunt; *Marc.* 8 : 8. *Refer ad illud* 𐌼𐌰𐍄𐌾𐌰𐌽, Manducare. *quod habes in* 𐌼𐌰𐍄𐍃, Eſca, cibus.

𐌲𐌰𐌼𐌰𐌿𐌳𐌴𐌹𐌸 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌰𐌻𐌻𐌹𐍃 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌵𐌰𐌸 𐌳𐌿 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃: Suggeret vobis omnia quæcunque dixi vobis; ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν. *Joh.* 14 : 26.

𐌲𐌰𐌼𐌰𐌿𐍂𐌲𐌹𐌳𐌰 𐌸𐌰𐌽𐍃 𐌳𐌰𐌲𐌰𐌽𐍃: Breviavit dies; ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας. *Marc.* 13 : 20.

𐌲𐌰𐌼𐌴𐌻𐌴𐌹𐌽𐍃, Scriptura; *Joh.* 7 : 38. *item* 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌲𐌰𐌼𐌴𐌻𐌹𐌳𐍉, Scriptura, quod ſcriptum eſt; *Joh.* 10 : 35. *ſicuti & Joh.* 17 : 12. *Refer ad* 𐌼𐌴𐌻𐌾𐌰𐌽. 𐌲𐌰𐌼𐌴𐌻𐌾𐌰𐌽, Scribere.

𐌲𐌰𐌼𐌹𐌺𐌹𐌻𐌹𐌳𐌰 𐍆𐌰𐌽 𐌰𐍂𐌼𐌰𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐌴𐌹𐌽 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰 𐌱𐌹 𐌹̈𐌶𐌰𐌹: Magnificavit Dominus miſericordiam ſuam in illâ; *Luc.* 1 : 58. *Refer ad* 𐌼𐌹𐌺𐌹𐌻𐍃, Magnus.

𐌲𐌰𐌼𐍉𐍃𐍄𐌴𐌳𐌿𐌽 *occurrit Marc.* 2 : 2; 𐍃𐍅𐌰 𐍃𐍅𐌴 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐌼𐍉𐍃𐍄𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌽𐌹𐌷 𐌰𐍄 𐌳𐌰𐌿𐍂𐌰: Ita ut ne quidem poſſent [accedere] ad januam. *Mihi certè* 𐌲𐌰𐌼𐍉𐍃𐍄𐌴𐌳𐌿𐌽 *illud videtur eſſe à* 𐌼𐌰𐌲𐌰𐌽, Poſſe; *ut Belgicum* moſt *& Plur.* moſten *eſt à* mogen / Poſſe. *atque ita mox commate* 4 *ſequitur,* 𐌽𐌹 𐌼𐌰𐌲𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌽𐌴𐍈𐌰 𐌵𐌹𐌼𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌼𐍉𐍄, Capit; χωρεῖ. 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌳 𐌼𐌴𐌹𐌽 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐌼𐍉𐍄 𐌹̈𐌽 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃: Sermo meus non capit in vobis; ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. *Joh.* 8 : 37.

𐌲𐌰𐌼𐍉𐍄𐌾𐌰𐌽. *Vide* 𐌼𐍉𐍄𐌾𐌰𐌽, Occurrere, obviam ire.

𐌲𐌰-

𐌲𐌰𐌼𐌿𐌽𐌰𐌽, Meminisse; *Luc.* 1:72. **𐌽𐌹 𐌲𐌰𐌼𐌰𐌽 𐌰𐌲𐌻𐍉𐌽𐍃**: Non meminit pressuræ; *Joh.* 16:21. **𐌽𐌹 𐌲𐌰𐌼𐌿𐌽𐌿𐌸**: Non recordamini; *Marc.* 8:18. **𐌲𐌰𐌼𐌿𐌽𐌴𐌹𐌸**, Mementote; *Joh.* 15:20. 16:4. **𐌲𐌰𐌼𐌿𐌽𐌳𐌰**, Recordatus est; *Matth.* 26:75. **𐌲𐌰𐌼𐌿𐌽𐌳𐌴𐌳𐌿𐌼**, Recordati sumus; *Matth.* 27:63. **𐌲𐌰𐌼𐌿𐌽𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽**, Recordati sunt; *Joh.* 12:16. **𐌲𐌰𐌼𐌿𐌽𐌰𐌽𐌳𐍃**, Recordatus; *Marc.* 11:21. *Luc.* 1:54. **𐌳𐌿 𐌲𐌰𐌼𐌿𐌽𐌽𐌾𐌰𐌽 𐌹𐌶𐍉𐍃**: In memoriam ejus; *Marc.* 14:9. **𐌿𐍆𐌰𐍂-𐌼𐌿𐌽𐌽𐍉𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽**, Obliti sunt; *Marc.* 8:14. *Anglosaxonibus* munan. ᵹemunan. ᵹemẏnan *est* Meminisse, recordari. ᵹemẏnd, Memoria. ᵹemẏndiᵹ, Memor, *&c.* - *Alamannis* gimuntigan *est* Meminisse. in mina gimunt / In meam memoriam. *Danis* eg mindis *est* Recordor, reminiscor. *Islandis* eg man. *unde* eg munde *iis est* Recordatus sum. *Anglis* to bee mindfull / to call to minde *est* Meminisse, *&c.* *Antiquum interim* munan *videri potest desumptum ex* μνημονεύειν, Memorem esse, meminisse, *abjectâ primâ syllabâ: quum enim nulla uspiam vox (quantum ego quidem memini) ab MN incipiens occurrat in Gothicis, Anglosaxonicis, Cimbricis, Alamannicis, ullisve aliis Septentrionalium monumentis, verisimile quoque est Patres nostros primam syllabam in* μνημονεύειν *aversatos, ut insolentiorem atque idiomati patrio minùs congruentem.*

𐌲𐌰𐌽𐌰𐌷 𐍃𐌹𐍀𐍉𐌽𐌹 𐌴𐌹 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰𐌹 𐍃𐍅𐌴 𐌻𐌰𐌹𐍃𐌰𐍂𐌴𐌹𐍃 𐌹𐍃: Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus; *Matth.* 10:25. **𐌲𐌰𐌽𐌰𐌷 𐌿𐌽𐍃𐌹𐍃**: Sufficit nobis; *Joh.* 14:8. **𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌸 𐌾𐌴𐍂𐌰 𐌲𐌰𐌽𐍉𐌷𐌰**: Peregre fuit multis temporibus; *Luc.* 20:9. *Anglosax.* ᵹenoh. *Alam.* ginuoh. *Angl.* enough. *Belg.* genoeg. *Cimbris* ᚠᛚᛅᚠᛅᛅ ᛉᛅᚦᚢᛅ *dicitur* Vir omnium rerum copiâ abundans: *Runicum lexicon in* ᛉᛅᚦᚢᛅ. *Inductus interim priscâ codicis Argentei orthographiâ libens deduxerim* **𐌲𐌰𐌽𐌰𐌷** *à* γανόω, Lætitiâ afficio, voluptatem affero; *quòd nihil æquè miseros mortales exhilaret, quàm rerum omnium satietas. Vide Regem prophetam Ps.* IV, 8.

𐌲𐌰𐌽𐌰𐌽𐌸𐌹𐌳𐌰 𐍂𐍉𐌳𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃, Cessavit loquens; ἐπαύσατο λαλῶν. *Luc.* 5:4.

𐌲𐌰𐌽𐌰𐍃𐌾𐌰𐌽, Sanare, ἰάσασθαι. **𐌹𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌹𐌳𐌰 𐌼𐌹𐌺 𐌳𐌿 𐌲𐌰𐌽𐌰𐍃𐌾𐌰𐌽 𐌸𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐌼𐌰𐌻𐍅𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐌹𐌽**: Misit me sanare contritos corde; *Luc.* 4:18. *Ab hac Sanandi significatione usurpari cœpit verbum pro* Servare, σῶσαι. **𐍃𐌰𐌴𐌹 𐍅𐌹𐌻𐌹 𐍃𐌰𐌹𐍅𐌰𐌻𐌰 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰 𐌲𐌰𐌽𐌰𐍃𐌾𐌰𐌽. 𐍆𐍂𐌰𐌵𐌹𐍃𐍄𐌴𐌹𐌸 𐌹𐌶𐌰𐌹**: Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; *Marc.* 8:35. 15:31. *Luc.* 6:9. **𐍃𐌰𐌴𐌹 𐍆𐍂𐌰𐌵𐌹𐍃𐍄𐌴𐌹𐌸 𐍃𐌰𐌹𐍅𐌰𐌻𐌰𐌹 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹 𐌹𐌽 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰. 𐌲𐌰𐌽𐌹𐍃𐌾𐌹𐌸 𐌸𐍉**: Qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam; *Luc.* 9:24. **𐌲𐌰𐌽𐌹𐍃𐌰𐌽**,

Digitized by Google

Servari. σωθῆναι. ƕas mag ganisan: Quis potest salvus fieri? *Marc.* 10:26. *Luc.* 18:26. bedun ina ei þau skauta wastjos is attaitokeina. jah swa managai swe attaitokun imma ganesun: Rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent; & quotquot tangebant eum, servabantur. *Marc.* 6:56. *Ab hac verbi acceptione lucem accipit Willerami paraphrasis ad caput* II, *vers.* 14 *Cantici canticorum*; Thiu dúua thie thar nistelot in then steinlocheron ande in then hegge holeron / thiu mag genesan uore themo haueko / ande hiro junga thar inne zihen / *&c.* *Hinc etiam liquet unde Belgis* genesen *accipiatur pro* Sanare, medicinam facere.

ganatida meinans fotuns tagram seinaim: Rigavit pedes meos lachrymis suis; *Luc.* 7:44. *Belgis* nat *est* Madidus, humidus. *Alamannis* nazzi *est* Humor. nazzen / nezzen / Humore aliquo perfundere, humectare. *Græcis* νοτὶς *vel* νοτία *est* Humor. νότιος, Humidus. νοτίζω, Humecto, madefacio. *Alii tamen Alamannicum* nazz *malunt referre ad* νίζειν, Lavare, *vel ad* נָזָה, Aspersus est.

ganimis in kilþein: Concipies in utero; συλλήψῃ ἐν γαστρί. *Luc.* 1:31. faurþizei ganumans wesi in wamba: Priùs quàm in utero conciperetur; πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ. *Luc.* 2:21. ganiman *etiam usurpatur pro* Capere, percipere, intelligere, discere. *Vide quæ annotavimus in* niman.

ganipnands in þis waurdis: Contristatus in verbo; στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ. *Marc.* 10:22. *Videtur esse ab antiquo aliquo verbo respondente Teutonico* nijpen *vel Anglico* nipp / Vellicare. *Ita quoque Latinis dolor vel tristitia dicitur* Fodicare, pungere, carpere, vellicare animum.

ganisan, Servari, salvum fieri. *Vide* ganasjan, Sanare.

ganiþjos, Cognati; συγγενεῖς. *Luc.* 1:58. *Vide* niþjis, Cognatus.

ganoh, Multa. nauh ganoh skal qiþan izwis: Adhuc multa habeo vobis dicere; ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν. *Joh.* 16:12. aflaiþ jera ganoha: Peregre fuit multis temporibus; ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς. *Luc.* 20:9.

ganutun, Ceperant; *Luc.* 5:9. *Refer ad* niutan, Assequi, consequi, capere, nancisci.

gaƕeilaiþ sik ana imma gawairþi izwar: Requiescet super

super illum pax vestra; ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν. *Luc.* 10:6. GA-ƕEILAN *itaque, quod significat* Manere, immorari, ad certum aliquod spatium temporis superquiescere, *referendum est ad* ƕEILA, Hora, tempus, spatium temporis.

GAƕEITJAN, Candefacere, album facere; *Marc.* 9:3. *Refer ad* ƕEIT, Albus.

GAƕOTJAN. *Vide* ƕOTJAN, Objurgare, increpare, comminari.

GARAGINODA IUDAIUM: Consilium dederat Judæis; *Joh.* 18:14. *Vide quæ diximus in* RAGINEIS GUDS.

GARAHNIDEDUN, Appretiaverunt; *Matth.* 27:9. *Vide* RAHNAN, Numerare, supputare, æstimare.

GARAID, Constitutus. NIWAIHT UFAR ÞATEI GARAID SIJAI IZWIS LAUSJAIÞ: Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis faciatis; μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε. *Luc.* 3:13. *Cum hoc loquendi modo congruit, quod* ȝeꞃaꝺ *Anglosaxonibus est* Conditio, lex alicui dicta. on ꝥ ȝeꞃaꝺ, Eâ lege, hac conditione.

GARAIHTJAN FOTUNS UNSARANS IN WIG GAWAIRÞJIS: Dirigere pedes nostros in viâ pacis; *Luc.* 1:79. *Anglosax.* uꞃe ꝼet to ȝeꞃeccanne on ꞅybbe peȝ. *Alam.* zi girihtene unsera fuozza in uuog sibba. *Belg.* te richten onse voeten in den weg des vredes.

GARAIHTS, Justus; *Luc.* 2:25. GARAIHTAI, Justi; *Luc.* 18:9. ATTA GARAIHTA: Pater juste; *Joh.* 17:25. GARAIHTEINS, Justitia; *Matth.* 5:20. GARAIHTIÞA: *Joh.* 16:8. GARAIH-TOZAGATAIHANS, Magis justificatus; *Luc.* 18:14. *Anglosax.* ꞃihtpiꞅ. *Alam.* reht man / rehtlicho man. *Dan.* retfærdig. *Angl.* righteous. *Belg.* rechtvaerdig.

GARAIHTOZAGATAIHANS, Justificatus; *Luc.* 18:14. *quasi dicas* Justus declaratus, renuntiatus. *ut sit ab illo* GATEIHAN, Declarare, nuntiare, referre, *quod paullò post sequitur*.

GARAÞANA SIND ALLA IZWARA TAGLA HAUBIDIS: Numerati sunt omnes vestri capilli capitis; *Matth.* 10:30. *Omnino referendum est verbum ad* RAÞJO, Numerus.

Digitized by Google

𐌲𐌰𐍂𐌰𐌶𐌽𐌰𐌽𐍃, Vicini. *Ita legimus Joh.* 9: 8; 𐌲𐌰𐍂𐌰𐌶𐌽𐌰𐌽𐍃 𐌵𐌹𐌸𐌿𐌽, Vicini dicebant. *& Luc.* 14: 12; 𐌽𐌹 𐌷𐌰𐌹𐍄𐌰𐌹𐍃 𐌲𐌰𐍂𐌰𐌶𐌽𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐌱𐌴𐌹𐌲𐌰𐌽𐍃, Noli vocare vicinos divites. *& mox ejusdem Euangelistæ* 15: 9; 𐌲𐌰𐌷𐌰𐌹𐍄𐌹𐌸 𐍆𐍂𐌹𐌾𐍉𐌽𐌳𐍉𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐌲𐌰𐍂𐌰𐌶𐌽𐍉𐌽𐍃, Convocat amicas & vicinas. *Anglosaxonibus* neahmen *vel* nehmen, nehbura *vel* nehᵹibura, *item* nehᵹehure *dicuntur* Vicini. *Alamannis* kepure. *Belgis* bueren/ gebueren. *Ac quemadmodum olim* nehᵹehure *dicti sunt* Vicini, *ab* hur, Domus. *quemadmodum item* nehbura *vel* nehᵹebura (*sicuti & Anglicum* neighbour) *nomen traxerunt ab illo* bur *quod quandoque pro* Casâ *vel* Tugurio *accipi ostendimus in annotatis ad gl* E, 9. *in* Mapalia. *ita quoque minimè est dubitandum quin* 𐌲𐌰𐍂𐌰𐌶𐌽𐌰𐌽𐍃 *dicti sint à* 𐍂𐌰𐌶𐌽, Domus; *quòd Vicinia propriè sit eorum, qui vel contiguas, vel non longè à se invicem dissitas habent ædes. Fusiùs de his egimus ad Keronem in* Vicinis.

𐌲𐌰𐍂𐌳𐍃, Domus; *Marc.* 3: 25. *Luc.* 19: 46. *Joh.* 12: 3. 𐌻𐌹𐌲𐌹𐌸 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐍂𐌳𐌰 𐌿𐍃𐌻𐌹𐌸𐌰: Jacet in domo paralyticus; *Matth.* 8: 6. 𐌽𐌹 𐍆𐌰𐍂𐌰𐌹𐌸 𐌿𐍃 𐌲𐌰𐍂𐌳𐌰 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐍂𐌳: Nolite transire de domo in domum; *Luc.* 10: 8. 𐌲𐌰𐍂𐌳𐌰 𐍅𐌰𐌻𐌳𐌰𐌽𐌳𐍃, Pater familias; *Luc.* 14: 21. 𐌰𐌿𐍂𐍄𐌹𐌲𐌰𐍂𐌳𐍃, Hortus; *Joh.* 18: 1. ᚵᛆᚱᚦᚢᛦ, Prædium, domus, agger *Cimbris. vide Runicum lexicon. Danis* gaard *est* Domus. ᚵᛆᚱᚦ *antiquitùs* Urbem, arcem, *vel* regionem *significabat: unde & Russia nostratibus (inquit Wormius paginâ* 8 *addendorum ad Danica monumenta) dicta est* Ostregard, *quòd sita sit Moscorum regio ad ortum Solis. In eximio adhæc manuscripto quatuor euangeliorum codice interlineato R, qui nunc in privatis manibus delitescit, inveni* ᵹeard *vel* heaᵹe *posita pro* Sepimento; *Matth.* 21: 33. *Alamannis* gardo/ karto *est* Hortus. *Gall.* jardin. *Ital.* giardino. *Hisp.* gardin. *Dan.* gaard. *Angl.* garden. *Belg.* gaerde. *Pertinet ad vocabuli originem, quòd* ᵹearde (*sicuti paullò ante vidimus*) *denotavit* Sepem *vel* Munitionem claudens hortum, *atque ad ipsum deinde* Hortum *translatum sit nomen: prorsus ut à Græco* ἑρκτὸς, Inclusus, septus, *Latini primùm, ex doctissimorum hominum sententiâ, fecerunt* horctus, *atque inde* Hortus. *Nonnullam adhæc affinitatem habet cum hac nostrâ conjecturâ, quòd Joh. Davies Cymræorum* gardd, Hortus, *derivat ab Hebræo* גָּדֵר *vel* גֶּדֶר, Maceria, paries, horti sepimentum. *Punicâ certè linguâ* Gadir, *teste Plinio, naturalis historiæ libro Quarto, cap.* 22, *significat* Sepem. *In Olai denique Wormii Danicis monumentis, paginâ* 111, ᛂᚴ ᚵᛂᚱᚦᛁ *exp.* Ego sepimento cinxi. *unde Danis etiamnum hodie* gierde *est* Sepimentum. *sicuti* at gierde *iis est* Sepire, certam alicujus fundi proportionem sepimento munire. ᚵᛆᚱᚦᚢᛦ *inter alia Cimbris quoque denotabat* Munimentum. *prorsus ut Anglosaxonicum* tun *& Belgicum* tuyn

Digitized by Google

tun *denotant* Villam, prædium, hortum, aut locum quemvis conclusum obseptúmq;. *à* tynan, Claudere, sepire. *unde Anglis quoque* town *est Oppidum, oppidulum, municipium*.

𐌲𐌰𐍂𐌳𐌰𐍅𐌰𐌻𐌳𐌰𐌽𐌳𐍃, Paterfamiliâs; *Luc.* 14:21. *Matth.* 10:25. *Vocabulum est manifestè satis compositum ex* 𐌲𐌰𐍂𐌳𐍃, Domus, *&* 𐍅𐌰𐌻𐌳𐌰𐌽𐌳𐍃, Potestatem habens, dominium exercens. *Anglosaxonibus* ƿealdend *est* Præsul; *gr Ælfrici cap.* IX, *terminat.* 10. heofones ƿaldend, Cœli dominus; *Cædmon* 7, 24.

𐌲𐌰𐍂𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽, Concurrere, convenire, congregari; *Vide quæ mox annotamus in* 𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐍃𐌰, Forum.

𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐌹, Concilium, cœtus consiliariorum congregatorum. *Vide quæ proximè dicimus in* 𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐍃𐌰, Forum.

𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐍃𐌰, Forum *vel* Vicus. 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺𐌰𐌹 𐍃𐌹𐌽𐌳 𐌱𐌰𐍂𐌽𐌰𐌼 𐌸𐌰𐌹𐌼 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐍃𐌰𐌹 𐍃𐌹𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐌼: Similes sunt pueris in foro sedentibus; *Luc.* 7:32. 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐌵𐌿𐌼𐌸𐌹𐌼 𐌾𐌰𐌷 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐍃𐌹𐌼: In synagogis & in vicis; *Matth.* 6:2. *Propriè videtur denotare Locum publicum ad quem multitudo hominum concurrit. à* 𐍂𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽. 𐌲𐌰𐍂𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽, Concurrere, convenire, congregari. 𐌾𐌰𐌷 𐍃𐍉 𐌱𐌰𐌿𐍂𐌲𐍃 𐌰𐌻𐌻𐌰 𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐌽𐌰𐌽𐌰 𐍅𐌰𐍃 𐌰𐍄 𐌳𐌰𐌿𐍂𐌰: Et civitas omnis congregata erat ad januam; *Marc.* 1:33. 𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐌽𐌿𐌽 𐌰𐌿𐌷𐌿𐌼𐌹𐍃𐍄𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌿𐌳𐌾𐌰𐌽𐍃 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹: Convenerunt summi sacerdotes omnes; *Marc.* 14:53. 𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐌽𐌿𐌽 𐌷𐌹𐌿𐌷𐌼𐌰𐌽𐍃 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌰𐌹: Conveniebant turbæ multæ; *Luc.* 5:15. *Simillimam derivationis rationem vide infra in* 𐌲𐌰𐌵𐌿𐌼𐌸𐌰, Synagoga. *Fortassè interim ab eodem* 𐌲𐌰𐍂𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽, Convenire, congregari, *est* 𐌲𐌰𐍂𐌿𐌽𐌹, Concilium, cœtus consiliariorum congregatorum; *Matth.* 27:7. *Marc.* 3:6. 15:1.

𐌲𐌰𐍃𐌰𐌲 𐌾𐌿 𐍃𐌰 𐌿𐌹̈𐌻: Occiderat jam Sol; *Marc.* 1:32. *Refer ad* 𐍃𐌹𐌲𐌰𐌽. 𐌲𐌰𐍃𐌹𐌲𐌰𐌽, Delabi, deorsum ferri, subsidere, occidere.

𐌲𐌰𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰 𐌼𐌰𐌽𐍃: Video homines; *Marc.* 8:24. 𐌲𐌰𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌼 𐍅𐌿𐌻𐌸𐌰𐌲𐌰 𐌷𐌹𐌼𐌼𐌰𐌳𐌰𐌲𐌰: Vidimus mirabilia hodie; *Luc.* 5:26. 𐍅𐌹𐌻𐌴𐌹𐌼𐌰 𐌹̈𐌰𐌹𐍃𐌿 𐌲𐌰𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌽: Volumus Jesum videre; *Joh.* 12:21. *Refer ad* 𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌽. *Obiter interim hoc in loco observa, quod Lucæ* 19:37 𐌲𐌴𐍃𐌴𐍈𐌿𐌽 *est* Viderant: *Unde colligimus Gothis aliquando quoque* 𐌲𐌴 *usurpatum loco Augmenti syllabici* 𐌲𐌰, *quod verborum inflexionibus plerumque inservit*, *atque*

Digitized by Google

atque Anglosaxonibus est ʒe. *Alamannis* ge *vel* gi. *item* ka/ ke/ ki. *Belgis* ge.

ΓΑSΑΚΑΝ, *vide* SΑΚΑΝ, Arguere, corripere, increpare, objurgare, comminari.

ΓΑSΑΛΒΑΝ, Ungere. *vide* SΑΛΒΑΝ.

ΓΑSΑΤΙΔΑ ΝΑΜΑ, Imposuit nomen; *Marc.* 3:16. *Refer ad* SΑΤGΑΝ. ΓΑSΑΤGΑΝ, Ponere.

ΓΑSΑΤΙΨS ΥΑΚΨ: Restitutus est; ἀπεκατεστάθη. *Marc.* 8:25. *Nisi fortè scriptum fuerit* ΓΑSΤΑΤΙΨS ΥΑΚΨ. *quomodo Marc.* 3:5 *legimus* ΓΑSΤΑΨ ΑFΤΚΑ SΑ ΗΑΝΔΝS ΪS: Restituta est manus ejus; ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ.

ΓΑSΙΒGΑΝ, Reconciliari; *Matth.* 5:24. *Vide* SΙΒ, Pax.

ΓΑSΙΓΛΙΔΑ, Signavit; *Joh.* 6:27. *Vide* SΙΓΛGΑΝ, Sigillare.

ΓΑSΙΝΨGΑΙ, Comitatus, itineris comites. ΗΠΓGΑΝΔΑΝΑ ΪΝ ΓΑSΙΝΨGΑΜ ΪΝΑ ΥΙSΑΝ: Existimantes in comitatu illum esse; νομίσαντες ἐν συνοδίᾳ αὐτὸν εἶναι. *Luc.* 2:44. *Anglosaxonibus* ꞅıð *est* Iter. ʒeꞅıð, Socius, comes itineris. *Alamannis* sinda *sunt* Itinera. gisinde/ sinde/ Itineris comites. *Vide quæ annotavimus ad Keronem in* Itinera, sinda.

ΓΑSΙΤΑΝ, Sedere; *Marc.* 4:1. ΓΑSΙΤΑΝΔS, Sedens; *Luc.* 5:3. 14:28 & 31. ΓΑSΑΤ, Sedit, sedebat; *Marc.* 11:7. *Luc.* 4:20. *Joh.* 6:3. 12:14. *Vide* SΙΤΑΝ, Sedere.

ΓΑSΚΑFΤ FΑΙΚΘΑΝS: Constitutio mundi. ΓΑSΚΑΠΑΝS ΥΑΚΨ: Factus est. *Vide* SΚΑFΤΙΔΑ SΙΚ.

ΓΑSΚΑΨGΑΝ, Nocere. ΝΙΥΑΙΗΤΑΙ ΓΑSΚΑΨGΑΝΔS ΪΜΜΑ: Nihil nocens illi; *Luc.* 4:35. ΥΑΙΗΤΕ ΑΙΝΑΗΠΝ ΪΖΥΙS ΝΙ ΓΑSΚΑΨGΙΨ: Nihil vobis nocebit; *Luc.* 10:19. *Anglosaxonibus* ꞅcaðan. ꞅceaðan *est* Lædere, nocere. *Danis* stade. *Islandis* stada. *Anglis* scathe. *Belgis* schaeden. *Vide annotata ad gl B*, 12. *in* Damnum, scadun.

ΓΑSΚΕΙΚΙΨ, Interpretatum; *Marc.* 5:41. 15:22. ΓΑSΚΕΙΚGΑΔΑ, Interpretatur; *Joh.* 9:7. *Facit ad investigandam verbi originem, quòd* ꞅcıꞃ *Anglosaxonibus est* Purus, clarus, lucidus, limpidus. ꞅcıꞃ ꞅın; Limpidum vinum; *gl R*, 32. calıc on honda ðꞃyhtneꞅ ꞅıneꞅ ꞅcıꞃeꞅ: Calix in manu Domini vini meri; *Ps.* LXXIV, 7. *Alamannicum glossarium Lipsii*, scieri/ Lu-

Digitized by Google

Lucidum. filo ſcire / Præclarus. *Iſlandis* ſkyr *eſt* Perſpicuus. *Cum hoc igitur* ſcir *vel* ſcier / Clarus, perſpicuus, lucidus *manifeſtè convenit Gothicum* GA-SKEIRJIÞ, Interpretatus, *quaſi dicas Elucidatus*.

GASKOHI, Calceamenta; *Luc.* 15:22. GASKOHAI SANDALJOM: Calceari ſandaliis; *Marc.* 6:9. *Refer ad* SKOH, Calceus.

GASLAWAI. AFDUMBN: Tace, obmuteſce; σιώπα, πεφίμωσο. *Marc.* 4:39. *Vide* SLAWAN, Silere.

GASLEIÞJAN, Jacturam facere. ƕA BOTEIÞ MANNAN JABAI GAGEIGAIÞ ÞANA FAIRƕU ALLATA. JAH GASLEIÞEIÞ SIK SAIWALAI SEINAI: Quid proderit homini ſi lucretur mundum univerſum, & jacturam animæ ſuæ faciat? *Marc.* 8:36. SIS SILBIN FRAQISTJANDS AIÞÞAU GASLEIÞJANDS: Seipſum perdens & detrimentum ſui faciens; *Luc.* 9:25.

GASMAIT. BISMAIT, Linivit; ἐπέχρισε. *Joh.* 9:6 & 11.

GASOÞJAN, Saturare; *Marc.* 8:4. *Vide* SADA ITAN, Implere ventrem.

GASPAIW DALAÞ: Exſpuit in terram; *Joh.* 9:6. *Vide* SPEIWAN, Spuere.

GASPILLO ÞIUDANGARDJA GUÞS: Annuntia regnum Dei; διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. *Luc.* 9:60. *Vide* SPILLON, Narrare, euangelizare.

GAST, Hoſpes, peregrinus; *Matth.* 27:7. *Cambrobrit.* gweſtai, gweſtwr. *Angloſax.* gært. gert. gyrt. *Alam.* caſt / gaſt / kaſt. *Cimbr.* ᚴᛁᛁᛋᛏᚢᚱ. *Dan.* gieſt. *Iſl.* gieſtur. *Angl.* gueſt. *Belg.* gaſt. *Suſpicabar olim Belgicum* gaſt *detruncatum ex* γαστρίζειν, Opiparè lautéq; excipere, ventrem ſaburrare atque explere. *nunc tamen ambigo an non Angloſaxonicum* gert *unà cum pleriſque aliis rectiùs deduci poſſint ab* ἑστιᾶν, Epulas præbere, excipere convivio. *Plura de hac voce diximus in annotatis ad Tatiani* v, 13.

GASTALDA, Poſſideo. AFDAILJA TAIHUNDONDAI ALLAIZE ÞIZE GASTALDA: Decimas do omnium quæ poſſideo; ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. *Luc.* 18:12.

GASTANDAN, Manere. JABAI JUS GASTANDAIÞ IN WAURDA MEINAMMA: Si vos manſeritis in ſermone meo; *Joh.* 8:31, 44. GASTOÞ MARIAM MIÞ IZAI SWE MENOÞS ÞRINS: Manſit

Digitized by Google

Maria cum illâ quasi mensibus tribus; *Luc.* 1 : 56. 𐌲𐌰𐍃𐍄𐍉𐌸 𐌹̈𐌰𐌹𐍃𐌿𐍃 𐍃𐌰 𐌼𐌰𐌲𐌿𐍃 𐌹̈𐌽 𐌹̈𐌰𐌹𐍂𐌿𐍃𐌰𐌻𐌴𐌼: Remansit puer Jesus in Jerusalem; *Luc.* 2 : 43.

𐌲𐌰𐍃𐍄𐌰𐌿𐍂𐌺𐌽𐌹𐌸, Arescit; ξηραίνεται. *Marc.* 9 : 18.

𐌲𐌰𐍃𐍄𐌰𐌹𐌲 𐌰𐌽𐌰 𐍃𐌼𐌰𐌺𐌺𐌰𐌱𐌰𐌲𐌼, Ascendit in sycomorum; *Luc.* 19 : 4. 𐌲𐌰𐍃𐍄𐌹𐌲𐌿𐌽 𐌹̈𐌽 𐍃𐌺𐌹𐍀𐌰: Ascenderunt in naviculas; *Joh.* 6 : 24. *Vide* 𐍃𐍄𐌴𐌹𐌲𐌰𐌽, Vadere, ire, venire. *item* Scandere.

𐌲𐌰𐍃𐍄𐌹𐌲𐌲𐌿𐌰𐌽, Offendere, *i. pedem in aliquam rem impingere atque ita cespitare.* 𐌲𐌰𐌱𐌰𐌹 𐍈𐌰𐍃 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌹𐌸 𐌹̈𐌽 𐌳𐌰𐌲. 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐍃𐍄𐌹𐌲𐌲𐌿𐌹𐌸: Si quis ambulaverit in die, non offendit; *Joh.* 11 : 9 *&* 10. *cum quo loco confer illud Lucæ* 4 : 11; 𐌴𐌹 𐍈𐌰𐌽 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐍃𐍄𐌰𐌲𐌿𐌾𐌰𐌹𐍃𐌴𐌹 𐍃𐍄𐌰𐌹𐌽𐌰 𐍆𐍉𐍄𐌿 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌰: Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. *Refer ad* 𐍃𐍄𐌹𐌲𐌲𐍅𐌰𐌽, Pungere, ferire, offendere.

𐌲𐌰𐍃𐍄𐍉𐌸 𐍃𐍉 𐌷𐌰𐌽𐌳𐌿𐍃 𐌹̈𐍃 𐍃𐍅𐌰 𐍃𐍅𐌴 𐍃𐍉 𐌰𐌽𐌸𐌰𐍂𐌰: Restituta est manus ejus ut altera; ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. *Luc.* 6 : 10.

𐌲𐌰𐍃𐍄𐍂𐌰𐍅𐌹𐌸 𐌺𐌴𐌻𐌹𐌺𐌽: Stratum cœnaculum; *Marc.* 14 : 15. *Vide* 𐍃𐍄𐍂𐌰𐍅𐌰𐌽, Sternere.

𐌲𐌰𐍃𐌿𐌻𐌰𐌹𐌸 𐍅𐌰𐍃 𐌰𐌽𐌰 𐍃𐍄𐌰𐌹𐌽𐌰: Fundata erat super petram; *Matth.* 7 : 25. 𐌲𐌰𐍃𐌿𐌻𐌰𐌹𐌸 *tantundem est ac si dicas* Columnarum *substructionibus firmatus suffultúsq;. Anglosaxonibus nempe* ſyl *est* Columna. *Alamannis* ſule/ ſiule. *Belgis* ſuyle. *Immo Cambrobritannis quoque* sail *est* Basis, fundamentum, solum: *sed illud fortè, ut plurima illius linguæ, abscissum est à Latino* Solum. *cujus rei occasionem, unà cum pluribus exemplis vide Observationum nostrarum in Willeramum paginam* 284 *& seqq. Ipsum verò* ſule *videri potest factum ex* ξύλον, Lignum, *vel ex* ὕλη, Lignea quævis materies struendis ædibus idonea. *Ut primâ suâ significatione accepta sit vox de Columnis sinè ullâ arte antiquitùs è ligno excisis. unde quoque ex hac ipsâ priscorum temporum simplicitate provenisse puto, quòd Alamannis (teste gl B, 52.)* ſuliu / Tabulas. Kiſulit / Tabulata *dixerunt. Saxones quo que truncum ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum sub divo coluerunt, patriâ eum linguâ IRMINSUL appellantes, quod Latinè dicitur* Universalis columna; *Adamus Bremensis hist. eccles. cap.* 7.

𐌲𐌰𐍃𐌿𐌽𐌾𐍉𐌳𐌰 𐍅𐌰𐍂𐌸 𐌷𐌰𐌽𐌳𐌿𐌲𐌴𐌹: Justificata est sapientia; ἐδικαιώθη ἡ σοφία. *Luc.* 7 : 35. *Retuli ad* 𐍃𐌿𐌽𐌾𐌰 *vel* 𐍃𐌿𐌽𐌾𐌴𐌹𐌽𐍃.

𐌲𐌰𐍃𐌿𐍀𐌰𐌽. *Vide* 𐍃𐌿𐍀𐌰𐌽, Condire.

Digitized by Google

𐌲𐌰𐍃𐍅𐌴𐍂𐌰𐌹𐌸𐍃 𐍅𐌰𐍃, Glorificatus eſt; *Joh.* 12:16. 13:31. *Vide* **𐍃𐍅𐌴𐍂𐌰𐌽**, Honorare.

𐌲𐌰𐍃𐍅𐌹𐌺𐌿𐌽𐌸𐌾𐌰𐌽, Manifeſtari; *Luc.* 19:11. *Refer ad* **𐍃𐍅𐌹𐌺𐌿𐌽𐌸**, Manifeſtus.

𐌲𐌰𐍃𐍅𐌹𐌻𐍄𐌰𐌽. *Vide* **𐍃𐍅𐌹𐌻𐍄𐌰𐌽**, Mori.

𐌲𐌰𐍃𐍅𐍉𐌲𐌹𐌳𐌰, Ingemuit; *Marc.* 7:34. **𐌿𐍆𐍃𐍅𐍉𐌲𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌰𐌷𐌼𐌹𐌽 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌼𐌼𐌰**: Ingemiſcens ſpiritu ſuo; *Marc.* 8:12. *Anglosaxonibus* ꞅƿeȝ *eſt* Sonus. ꞅƿeȝan, Sonare. *Acres nimirum ac valdè ſonori ſunt gemitus qui è compreſſis nimio dolore vitalibus prorumpunt.*

𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐌷𐌿𐌽, Nuntiaverunt, retulerunt; *Marc.* 5:14. *Vide* **𐌲𐌰𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽**, Nuntiare, narrare.

𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐌺𐌽𐌾𐌰𐌽, Oſtendere. **𐍈𐌰𐍃 𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐌺𐌽𐌹𐌳𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌸𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽 𐍆𐌰𐌿𐍂𐌰 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌰𐌽𐌳𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌹𐌽 𐌷𐌰𐍄𐌹𐌶𐌰**: Quis oſtendit vobis fugere à venturâ irâ; *Luc.* 3:7. *Vide* **𐍄𐌰𐌹𐌺𐌽𐌾𐌰𐌽**.

𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽. **𐌳𐌹𐍃𐍄𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽**, Diſſolvere, dirumpere, diſcindere. **𐌲𐌰𐍄𐌰𐌿𐍂𐌰**, Ruptura, ſciſſura. **𐌽𐌹 𐌵𐌰𐌼 𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽 𐌰𐌺 𐌿𐍃𐍆𐌿𐌻𐌻𐌾𐌰𐌽 𐍅𐌹𐍄𐍉𐌸**: Non veni ſolvere ſed adimplere legem; *Matth.* 5:17. **𐌽𐌹 𐌼𐌰𐌷𐍄 𐌹̈𐍃𐍄 𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐍂𐌰𐌽 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌲𐌰𐌼𐌴𐌻𐌹𐌳𐍉**: Non poteſt ſolvi ſcriptura; *Joh.* 10:35. **𐍅𐌰𐌹𐍂𐍃𐌹𐌶𐌰 𐌲𐌰𐍄𐌰𐌿𐍂𐌰 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌹𐌸**: Pejor ſciſſura fit; *Matth.* 9:16. *Marc.* 2:21. *Anglosaxonibus* tæꞃan. totæꞃan *eſt* Rumpere. *Anglis* **teare**. *Vide annotata ad gl B*, 13. *in* Diſſuta, ȝatrantiu.

𐌲𐌰𐍄𐌰𐌼𐌾𐌰𐌽, Domare; *Marc.* 5:4. *Vide* **𐍄𐌰𐌼𐌾𐌰𐌽**.

𐌲𐌰𐍄𐌰𐍂𐌷𐌹𐌳𐌰𐌽𐌰 𐌱𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽: Inſignem vinctum habebant; *Matth.* 27:16.

𐌲𐌰𐍄𐌰𐌿𐌾𐌰𐌽. *Vide* **𐍄𐌰𐌿𐌾𐌰𐌽**, Facere.

𐌲𐌰𐍄𐌰𐌿𐌷𐌿𐌽 𐌾𐌰𐌷 𐌰𐌽𐌰𐍆𐌿𐌻𐌷𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰 𐍀𐌰𐌿𐌽𐍄𐌹𐌰𐌿 𐍀𐌴𐌹𐌻𐌰𐍄𐌰𐌿 𐌺𐌹𐌽𐌳𐌹𐌽𐌰: Adduxerunt & tradiderunt eum Pontio Pilato præſidi; *Matth.* 27:2. *Joh.* 18:13. *Refer ad* **𐌰𐍄𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽**, Adducere, pertrahere.

𐌲𐌰𐍄𐌴𐌹𐌷 𐌹̈𐌼: Annuntia illis; *Marc.* 5:19. **𐌲𐌰𐍄𐌴𐌹𐌷𐌹𐌸 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃**: Annuntiabit vobis; *Joh.* 16:13. **𐌲𐌰𐍄𐌴𐌹𐌷𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌰𐌽𐌳𐌰𐌿𐌲𐌹𐌱𐌰**: Annuntiabo vobis palàm; *Joh.* 16:25. *Vide* **𐌲𐌰𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽**, Nuntiare.

Digitized by Google

GATILS DAGS, Opportunus dies; *Marc.* 6:21. **GATILABA**, Opportunè; *Marc.* 14:11. *Suſpicor eſſe à priſcâ voce quæ reſpondet iſti* til *quod Cædmoni paſſim uſurpatur pro* Bonus. ƿile þonne ʒeſceaƿian. ƿlitiʒe and unclæne. tile ⁊ yfele. Tunc conſiderabit ſpecioſos & impuros, bonos & malos; 104, 7. he ƿæſ ſelfa til, Ipſe erat bonus, *de Japheto loquitur*; 36, 13. on ðæſe mæʒðe ƿæron men tile, In hac gente erant homines probi, *agit de poſteris Semi*; 37, 7. tilmodiʒ eorl *dicitur Abraham*; 42, 1. 47, 15. 60, 19. *atque ita* ἐυκαίρως *&* ἡμέρα εὔκαιρος *in duobus, quæ citantur, Argentei codicis locis aliquam etiam diei temporiſq; bonitatem inſinuant. Anglis quoque* **in good time** *eſt* Tempore oportuno.

GATIMID, Convenit; συμφωνεῖ. *Luc.* 5:36. *Angloſaxonibus* ʒetiman *vel* ʒetimian *eſt* Accidere, contingere, evenire. unʒetima, Incommoda, adverſitates, *&c. Sed hæc aliena ſunt ab hoc loco. Manifeſtè verò ex Gothico* **TIMAN** *vel* **GATIMAN** *reſervârunt Alamanni ſuum* **zimet**/ Decet, convenit. *pro quo Cimbri* ᚺᛁᛘᛁᛅ *dicunt, Dani* **ſømmer**/ *Angli* **it beſeemeth**/ *Belgæ* **het betaemt**. *Willeramus* VII, 9; **Ther uuin ther zimet minemo drute ze drinchene.** Vinum dignum dilecto meo ad bibendum. *quale nimirum Græcis diceretur* τίμιον, ἔντιμον, πολύτιμον, πολυτίμητον, Magni pretii. *Otfridus libro* V, *cap.* 11, *verſ.* 85 *de Christo diſcipulos ſuos poſt pedum ablutionem edocente quorſum id fecerit,*

Uuizit / quad er / theſa dat/
Thaz ſi in iuih gigat.
Thaz ir ni ſit zi fravili/
Thaz zeigot iu thiz bilidi.
Ir heizet allas thas iar
Mih Druhtin inti Meiſtar.
Rehto ſprechet ir thar:
Ih bin ouh ſo/ thas iſt uuar.
Nu ih ſulih thultu
Uuidar thie th' ih uualtu/
Mit ſuſlicheru redinu
Then minen mih ſus nideru:
Uuio harto mer zimit iu/
Ir ginozon birut untar iu/
Thaz ein andremo
Suazi uuaſge gerno:
Ioh untar iu mit guati
Irbeitit otmuati/

Mit

Mit mihilen minnon
Iz frammort zeigot mannon.

𐌲𐌰𐍄𐌹𐌼𐍂𐌾𐌰𐌽. *Vide* 𐍄𐌹𐌼𐍂𐌾𐌰𐌽, Ædificare.

𐌲𐌰𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Nuntiare, referre, recenſere, narrare. 𐌲𐌰𐍄𐌴𐌹𐌷 𐌹̈𐌼: Annuntia illis; *Marc.* 5: 19. 𐌲𐌰𐍄𐌴𐌹𐌷𐌹𐌸, Renuntiate; *Matth.* 11: 4. 𐌲𐌰𐍄𐌴𐌹𐌷𐌰, Annuntiabo; *Joh.* 16: 25. 𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐌷𐌿𐌽, Narraverunt; *Matth.* 8: 33. *Marc.* 5: 14. 6: 30. *Luc.* 7: 18. 𐍅𐌰𐍃 𐌹̈𐌼𐌼𐌰 𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐌷𐌰𐌽 𐍆𐍂𐌰𐌼 𐌰𐌷𐌼𐌹𐌽 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌹𐌽: Reſponſum acceperat à ſpiritu ſancto; *Luc.* 2: 26. 𐌲𐌰𐍂𐌰𐌹𐌷𐍄𐍉𐌶𐌰·𐌲𐌰𐍄𐌰𐌹𐌷𐌰𐌽𐍃, Juſtificatus; *Luc.* 18: 14. *Eſt verò* 𐌲𐌰𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽 *iſtud à* 𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Ducere, trahere; *quòd aliquid nuntiantes narrantéſve totam rerum nuntiandarum ſeriem, eo quo geſtæ ſunt ordine, in longum veluti ducant ac trahant. quomodo & Belgis* vertrecken *eſt* Narrare. *Latini quoque dicunt* Producere *vel* Protrahere ſermones.

𐌲𐌰𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Adducere, pertrahere. 𐌲𐌰𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽𐌳 𐌹̈𐌽𐌰 𐌳𐌿 𐍆𐌰𐍂𐌴𐌹𐍃𐌰𐌹𐌿𐌼, Adducunt eum ad phariſæos; *Joh.* 9: 13. 18: 13. 𐌲𐌰𐍄𐌰𐌿𐌷𐌿𐌽, Adduxerunt; *Matth.* 27: 2. 𐌲𐌰𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌸𐍉 𐍃𐌺𐌹𐍀𐌰 𐌰𐌽𐌰 𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰: Subducentes naves ad terram; *Luc.* 5: 11. *Refer ad* 𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Ducere, trahere.

𐌲𐌰𐍄𐍂𐌿𐌳𐍉𐌽 𐍅𐌰𐍂𐌸: Concultatum eſt; *Luc.* 8: 5. *Vide* 𐍄𐍂𐌿𐌳𐌰𐌽, Calcare.

𐌲𐌰𐍄𐌿𐌻𐌲𐌹𐌳𐌰 𐌰𐌽𐌳𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌹 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐍄𐌰 𐌳𐌿 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽 𐌹̈𐌽 𐌹̈𐌰𐌹𐍂𐌿𐍃𐌰𐌻𐌴𐌼: Firmavit faciem ſuam, ut iret in Jeruſalem; αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ. *Luc.* 9: 51.

𐌲𐌰𐍄𐍅𐍉, Platea. 𐌿𐍃𐌲𐌰𐌲𐌲 𐍃𐍀𐍂𐌰𐌿𐍄𐍉 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐍄𐍅𐍉𐌽𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐍃𐍄𐌰𐌹𐌲𐍉𐍃 𐌱𐌰𐌿𐍂𐌲𐍃: Exi citò in plateas & vicos civitatis; *Luc.* 14: 21. *Alamannis* gazzen *ſunt* Plateæ. *Iſlandis* gata *eſt* Via. *vett Belgis* gatte *eſt* Vicus, platea.

𐌲𐌰𐌸𐌰𐌷𐌰𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽, Tacuerunt; *Luc.* 20: 26. 𐌴𐌹 𐌲𐌰𐌸𐌰𐌷𐌰𐌹𐌳𐌴𐌳𐌹: Ut taceret; *Marc.* 10: 48. *Vide* 𐌸𐌰𐌷𐌰𐌽, Tacere.

𐌲𐌰𐌸𐌹𐌿𐌸𐌾𐌰𐌽, Benedicere. *Vide* 𐌸𐌹𐌿𐌸, Bonum.

𐌲𐌰𐌸𐌻𐌰𐌷𐍃𐌽𐍉𐌳𐌰 𐌱𐌹 𐌹̈𐌽𐌽𐍃𐌰𐌲𐌰𐌷𐍄𐌰𐌹 𐌹̈𐍃: Turbata eſt in ſermone ejus; διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ. *Luc.* 1: 29.

𐌲𐌰𐌸𐌻𐌰𐌹𐌷𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌹̈𐌼: Amplectens eos; ἐναγκαλισάμενος αὐτά. *Marc.* 10: 16.

Digitized by Google

𐌲𐌰𐌸𐌻𐌰𐌿𐌷𐌿𐌽, Fugerunt; *Matth.* 8:33. *Marc.* 5:14. 14:50. *Vide* 𐌸𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Fugere.

𐌲𐌰𐌸𐍂𐌰𐍆𐍃𐍄𐌾𐌰𐌽, Consolari. 𐌴𐌹 𐌲𐌰𐌸𐍂𐌰𐍆𐍃𐍄𐌹𐌳𐌴𐌳𐌴𐌹𐌽𐌰 𐌹̈𐌾𐍉𐍃: Ut consolarentur eas; *Job.* 11:19. *Vide* 𐌸𐍂𐌰𐍆𐍃𐍄𐌾𐌰𐌽, Consolari.

𐌲𐌰𐌸𐍂𐌰𐍃𐌺 𐍃𐌴𐌹𐌽 𐌲𐌰𐌷𐍂𐌰𐌹𐌽𐌴𐌹𐌸: Aream suam purgabit; *Luc.* 3:17. *Anglosaxonibus* ðærscan. ðarscan. ðearscan. ðerscan *est* Tundere, pulsare, verberare. geðersc, Verbera. ðerscel, Tritorium. *Alamannis* dresca *est* Tritura. *Danis* tærske *est* Triturare, messem flagellis excutere. *Anglis* thresh. *Belgis* dorschen. *Aliquam videntur affinitatem habere cum* θραύω, θραύειν, Ferio, frango. *Ab eodem interim* ðerscan *Anglosaxonibus* Limen *dicitur* ðrescwold *vel* ðrescwald. *q. d. Lignum quod introeuntium exeuntiúmq; pedibus assiduè pulsatur atque atteritur. prorsus ut Belgis quibusdam* drempel *dicitur* Hypothyrum, *tanquam sit à* trampelen / Calcare, proculcare. *Islandis* þroskulldur / *Anglis* treshold *est* Limen.

𐌲𐌰𐌸𐌿𐌻𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲: Perpessa multa; *Marc.* 5:26. *Vide* 𐌸𐌿𐌻𐌰𐌽, Pati, tolerare.

𐌲𐌰𐌿, Si; εἰ. *Marc.* 8:23. 𐌾𐌰𐌿. *Marc.* 3:2.

𐌲𐌰𐌿𐌾𐌴, Ingens alicujus regionis tractus. 𐌹̈𐌽 𐌲𐌰𐌿𐌾𐌰 𐌲𐌰𐌹𐍂𐌲𐌰𐌹𐍃𐌰𐌹𐌽𐌴: In regionem Gergesenorum; *Matth.* 8:28. 𐌱𐌹𐍂𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌰𐌻𐌻𐌰 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌲𐌰𐍅𐌹: Percurrentes universam illam regionem; *Marc.* 6:55. *Luc.* 15:14, 15. 𐌰𐌽𐌳 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐌿𐌾𐌰𐌽𐍃 𐌹̈𐌰𐌿𐍂𐌳𐌰𐌽𐌰𐌿𐍃: In omnem regionem Jordanis; *Luc.* 3:3. *Theotiscum glossarium B*, 38 Pagum *exponit* gauuimez. *Belgis quoque* gaw/ gew/ gou/ goo/ gouwe *est* Pagus, *i. certum ac definitum regionis alicujus spatium. Olim enim Pagi vocabulum sic acceptum liquet ex iis quæ de Suevorum pagis tradit Cæsar. Vide Scaligeri Ausonianas lectiones lib.* I, *cap.* 23. *sicuti & Marquardi Freiberi Palatinas origines, cap.* 5. *Veteris interim linguæ Frisicæ tenacibus* gæ *etiamnum hodie est* Pagus, vicus rusticus. gæ-man / Incola ejusdem pagi. gæ-feynt / Adolescens eundem pagum inhabitans. *atque adeò Frisicum* gæ *manifestè originem suam præ se fert, tanquam sit à* γαῖα, γῆ, *quod non modò* Terram *in genere, verùm etiam quandoque* Ingentem aliquem terrarum tractum *significat. Vide quoque Spelmannum in* Gobia.

𐌲𐌰𐌿𐌼𐌾𐌰𐌽, Videre. 𐍈𐌰 𐌲𐌰𐌿𐌼𐌴𐌹𐍃 𐌲𐍂𐌰𐌼𐍃𐍄𐌰 𐌹̈𐌽 𐌰𐌿𐌲𐌹𐌽 𐌱𐍂𐍉𐌸𐍂𐍃 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌹𐍃: Quid vides festucam in oculo fratris tui? *Luc.* 6:41.

𐌲𐌰𐌿-

Digitized by Google

𐌲𐌰𐌿𐌼𐌹𐌳𐌰 𐌼𐌰𐌽𐌽 𐌱𐌻𐌹𐌽𐌳𐌰𐌼𐌼𐌰: Vidit hominem cœcum; *Joh.* 9: 1. 𐌲𐌰𐌿𐌼𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽, Viderunt; *Marc.* 16:4. 𐌲𐌰𐌿𐌼𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃, Videns; *Luc.* 5:8. 6:42. 17:15. 𐌲𐌰𐌿𐌼𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃, Videntes; *Matth.* 9:11. 𐌴𐌹 𐌲𐌰𐌿𐌼𐌾𐌰𐌹𐌽𐌳𐌰𐌿 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰𐌼: Ut videantur hominibus; *Matth.* 6:5. *Ab hoc* 𐌲𐌰𐌿𐌼𐌾𐌰𐌽 *Anglosaxonibus fortè verbum* ȝẏman *vel* beȝẏman *usurpatum pro* Custodire, observare, attentè & cum curâ servare: *nam inspectio curam præsupponit, & cura assiduam inspectionem postulat. unde quoque* ἐπίσκοποι *olim dicti, qui custodiunt gregem Domini, q. d. inspectores: quomodo &* λινόπται *Græcis dicebantur* Retia servantes. οἰνόπται, Vinearum custodes, *&c. Latinis quoque* Tueri *pro Videre, accipiebatur olim etiam pro* Custodire, servare: *unde* Æditui *&* Æditeuntes *dicti. Multa in hanc rem habet Cl. Salmasius in Trapezitico. Ab hac igitur propinquâ Curæ atque Inspectionis significatione Gothicum fortassè* 𐌲𐌰𐌿𐌼𐌾𐌰𐌽 *& Anglosaxonicum* ȝẏman, *Alamannicum item* cauman/ couman/ gouman *videri possunt valdè affinia Græco* κομεῖν, Curare, curam gerere. *Adi quoque annotata nostra ad gl B, 1. in* Animadvertit, kaumun nam.

𐌲𐌰𐌿𐌽𐍉𐌽 𐌳𐌿𐌲𐌹𐌽𐌽𐌹𐌸, Lugebitis; πενθήσετε. *Luc.* 6:25. 𐌲𐌰𐌿𐌽𐍉𐌳𐌴𐌳𐌿𐌼 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃: Lamentavimus vobis; ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν. *Luc.* 7:32. 𐌲𐌰𐌿𐌽𐍉𐌸 𐌾𐌿𐍃: Flebitis vos; θρηνήσετε ὑμεῖς. *Joh.* 16:20. *Nonnihil habet affinitatis cum Græco* γοάω *vel* γοάομαι, Gemo, defleo, deploro. *unde* γόος *est* Luctus. γοερός, γοώδης, Flebilis, lugubris.

𐌲𐌰𐌿𐍂𐍃, Tristis, mœrens. 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌹𐌸 𐌲𐌰𐌿𐍂𐍃: Abiit mœrens; *Marc.* 10:22. 𐌲𐌰𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌹̈𐌽𐌰 𐌲𐌰𐌿𐍂𐌰𐌽𐌰 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌽𐌰𐌽𐌰: Videns illum tristem factum; *Luc.* 18:24. 𐌲𐌰𐌿𐍂𐍃 𐌹̈𐌽 𐌳𐌰𐌿𐌱𐌹𐌸𐍉𐍃 𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐌹𐌽𐍃 𐌹̈𐌶𐌴: Contristatus super cœcitate cordis eorum; *Marc.* 3:5. 𐌲𐌰𐌿𐍂𐍃 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌽𐍃 𐍃𐌰 𐌸𐌹𐌿𐌳𐌰𐌽𐍃: Contristatus est Rex; *Marc.* 6:26. *Luc.* 18:23. 𐌽𐌹 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰𐌹𐌸 𐌲𐌰𐌿𐍂𐌰𐌹: Nolite fieri tristes; *Matth.* 6:16. 𐌲𐌰𐌿𐍂𐌹𐌸𐌰 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐌱𐌹𐌳𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂 𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐍉: Tristitia implevit cor vestrum; *Joh.* 16:6.

𐌲𐌰𐌿𐍃𐍄𐌰𐌿𐌾𐌰𐌽𐌴 𐌼𐌰𐌽𐍅𐌹𐌳𐍃: Perfectus; κατηρτισμένος. *Luc.* 6:40. *Refer ad* 𐌿𐍃𐍄𐌹𐌿𐌷𐌰𐌽, Perficere. *magis tamen vide* 𐌿𐍃𐍄𐌰𐌿𐌷𐌰𐌽𐌰𐌹, Perfecti, consummati.

𐌲𐌰𐌵𐌴𐌸𐌿𐌽 𐍃𐌹𐍃 𐌹̈𐌿𐌳𐌰𐌹𐌴𐌹𐍃: Conspiraverant Judæi; *Joh.* 9:22. *Fortassè verò* 𐌲𐌰𐌵𐌴𐌸𐌿𐌽 𐍃𐌹𐍃 *tantundem est ac si dicas* Condixerant inter se: *ut sit à* 𐌵𐌹𐌸𐌰𐌽.

𐌲𐌰𐌵𐌹𐌿𐌽𐍉𐌳𐌰, Revixit. *Vide quæ diximus in* 𐌵𐌹𐍅𐌰𐌹𐌶𐌴 𐌲𐍉𐌸.

Digitized by Google

gaqumþa, Synagoga. in gaqumþim jah in garun-sim: In synagogis & in vicis; *Matth.* 6:2. us gaqumþim dkei-banda izwis: E synagogis ejicient vos; *Joh.* 16:2. ik sinteino laisida in gaqumþai jah in dalhusa. þarei sin-teino iudaieis gaqimand: Ego semper docui in synagogâ & in templo, ubi continuò Judæi conveniunt; *Joh.* 18:20. *Ex hoc postremo loco patet* gaqumþa *esse à* gaqiman, Convenire, congregare: *prorsus ut* συναγωγὴ *est à* συνάγω, Congrego. *Interim alibi quoque verbum* gaqiman *sic accipitur.* gaqemun managai: Convenerunt multi; *Marc.* 2:2. gaqumanaim im: Congregatis illis; *Matth.* 27:17. gaquma-naim þan hiuman managaim: Cùm autem turba plurima conveniret; *Luc.* 8:4. wesun gaqumanai: Convenerant; *Luc.* 5:17. gaqemun sik manageins filu du imma: Convenit turba multa ad eum; *Marc.* 5:21. 7:1. 10:1. *Simplex quoque* qi-man *sic olim accipi solitum, discimus ex Luc.* 17:37. *Simillimæ derivationis rationem vide supra in* gafaurds, Concilium. *&* garunsa, Forum *vel* Vicus. *&* ƕairban, Ire, venire. *Huc etiam refer illud Keronis*; Conventu, zumfti. *nam* zumfti *correptum puto ex* zuauuimfti. *Vide Annotata in Tatiani* CLXXXIX, 2.

gawagjan, Movere, σαλεῦσαι. *Luc.* 6:48. gawagjanda mahteis þos in himinam: Movebuntur virtutes quæ in cœlis sunt; *Marc.* 13:25. *Refer ad* wagida, Agitatus, concussus.

gawairpan, Mitti, projici; *Marc.* 9:45. *Vide* wairpan, Mittere, projicere.

gawairþi, Pax; *Luc.* 2:14. 19:38. ni qam lagjan ga-wairþi. ak hairu: Non veni mittere pacem, sed gladium; *Matth.* 10:34. gagg in gawairþi: Vade in pace; *Marc.* 5:34. gawairþei-gai sigaiþ miþ izwis misso: Pacem habete inter vos; *Marc.* 9:50. *Anglosaxonibus* ƿære *est* Pactum, fœdus. *Theotiscum glossarium* C, 1; Absque fœdere, ana uuara. *ubi vide annotata.*

gawaknandans, Evigilantes; διαγρηγορήσαντες. *Luc.* 9:32. *Refer ad* wakan, Vigilare.

gawaldand im: Potestatem habent ipsorum; *Marc.* 10:42. *Vide* waldan, Dominari.

GA-

𐌲𐌰𐍅𐌰𐌻𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐍅𐍂𐌹𐌺𐌰𐌹 𐌲𐌿𐌸: Electos suos vindicabit Deus; *Luc.* 18:7. 𐌳𐌿 𐌰𐍆𐌰𐌹𐍂𐌶𐌾𐌰𐌽 𐌸𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌻𐌹𐌳𐌰𐌽𐍃: Ad seducendos electos; *Marc.* 13:22. 𐌹̈𐌺 𐍅𐌰𐌹𐍄 𐍈𐌰𐍂𐌾𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌻𐌹𐌳𐌰: Ego scio quos elegerim; *Joh.* 13:18. 𐌽𐌹 𐌾𐌿𐍃 𐌼𐌹𐌺 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌻𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌸. 𐌰𐌺 𐌹̈𐌺 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌻𐌹𐌳𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos; *Joh.* 15:16. *Refer ad* 𐍅𐌰𐌻𐌾𐌰𐌽, Eligere.

𐌲𐌰𐍅𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽, Convertere, in rectam viam revocare, ad resipiscendum adducere. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽 𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐍉𐌽𐌰 𐌰𐍄𐍄𐌰𐌽𐌴 𐌳𐌿 𐌱𐌰𐍂𐌽𐌰𐌼: Convertere corda patrum in filios; *Luc.* 1:17. *vide & comma proximè antecedens.* 𐌽𐌹𐌱𐌰𐌹 𐍈𐌰𐌽 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌹𐌽𐌰 𐍃𐌹𐌺 𐌾𐌰𐌷 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌰𐌹𐌽𐌳𐌰𐌿 𐌹̈𐌼 𐍆𐍂𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌴𐌹𐍃: Ne quando convertantur & dimittantur eis peccata; *Marc.* 4:12. *Joh.* 12:40. *Sæpiùs tamen* 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽 *est* Redire, reverti eò unde veneras. *Refer ad* 𐍅𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽, Vertere.

𐌲𐌰𐍅𐌰𐍂𐌲𐌾𐌰𐌽𐌳 𐌹̈𐌽𐌰 𐌳𐌰𐌿𐌸𐌰𐌿: Damnabunt eum morte; *Marc.* 10:33. *Anglosaxonibus* ƿerȝan. ƿẏrȝan. ƿiriȝan. ƿirian *est* Maledicere, malignari, devotare, execrari.

𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌸𐍃 𐍅𐌰𐍃 𐌹̈𐍉𐌷𐌰𐌽𐌽𐌴𐍃 𐍄𐌰𐌲𐌻𐌰𐌼 𐌿𐌻𐌱𐌰𐌽𐌳𐌰𐌿𐍃: Vestitus erat Johannes pilis cameli; *Marc.* 1:6. 𐍅𐌰𐍃𐍄𐌾𐍉𐌼 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌸𐍃 𐍅𐌰𐍃: Vestimento non induebatur; *Luc.* 8:27. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌳𐍃 𐍅𐌰𐍃 𐍀𐌰𐌿𐍂𐍀𐌰𐌿𐍂𐌰𐌹 𐌾𐌰𐌷 𐌱𐍅𐍃𐍃𐌰𐌿𐌽: Induebatur purpurâ & bysso; *Luc.* 16:19. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰 𐍀𐌰𐌿𐍂𐍀𐌿𐍂𐌰𐌹: Induerunt eum purpurâ; *Marc.* 15:17. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌳𐌰 𐍃𐌹𐌺: Vestivit se; *Matth.* 6:29. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌴𐌹𐌽𐍃: Vestimentum; *Luc.* 9:29. *Vide* 𐍅𐌰𐍃𐌾𐌰𐌽, Vestire.

𐌲𐌰𐍅𐌰𐌸, Conjunxit. 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌲𐌿𐌸 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌸. 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰 𐌽𐌹 𐍃𐌺𐌰𐌹𐌳𐌰𐌹: Quod Deus conjunxit, homo non separet; *Marc.* 10:9.

𐌲𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰 𐌳𐌰𐌿𐌷𐍄 𐌼𐌹𐌺𐌹𐌻𐌰: Fecit convivium magnum; *Luc.* 5:29. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰 𐍆𐌰𐌽𐌹: Fecit lutum; *Joh.* 9:6. *Refer ad* 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌽, Facere, operari.

𐌲𐌰𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰𐌹𐌳𐌰, Sanctificavit. *Joh.* 10:36. *Refer ad* 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰 *vel* 𐍅𐌴𐌹𐌷𐍃, Sanctus.

𐌲𐌰𐍅𐌴𐌹𐍃𐍉𐌸 𐌿𐌽𐍃𐌰𐍂𐌰 𐌿𐍂𐍂𐌿𐌽𐍃 𐌿𐍃 𐌷𐌰𐌿𐌷𐌹𐌸𐌰𐌹: Visitat nos oriens ex alto; *Luc.* 1:78 & 68. 𐌲𐌰𐍅𐌴𐌹𐍃𐍉𐌳𐌰 𐌲𐌿𐌸 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽𐍃 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹𐌶𐍉𐍃: Visitavit Deus plebem suam; *Luc.* 7:16. *Francicè*, Got uuisota sines folkes; *Tat.* XLIX, 5. *Atque ita quoque* uuison *Otfrido & Willeramo*

Digitized by Google

passim usurpatur. gawison/ Visitare; *Kero. Vide plura in annotatis ad Tatiani* IV, 14.

ΓΛΥΕΝϚΛ, Arbitror, æstimo, puto. ὑπολαμβάνω. *Luc.* 7: 43. *Vide* **ΥΕΝϚΛΝ**, Putare, existimare.

ΓΛΥΙΓΛΝΛ ΜΙΤΛΔS: Coagitatam mensuram; σεσαλευμένον μέτρον. *Luc.* 6:38. *Refer ad* **ΥΛΓΙΔ**, Agitatus, concussus.

ΓΛΥΧΝΔΧΝΔΛΝS, Vulnerantes; *Luc.* 20: 12.

ΓΛΥΚΙΚΙΨ ÏNS SΠΚΛΠΤΧ: Faciet vindictam illorum citò; ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. *Luc.* 18: 8. *vide quoque proximè antecedens comma. Anglosaxonibus* ƿræcan. ƿrecan, Ulcisci, vindicare. *Alamannis* rechen/ richen. *Belgis* wreken. *Nostram de origine verbi conjecturam ac plura huc pertinentia vide in annotatis ad gl B*, 42. *in* Punirent.

ΓΛΥΚΙSUΛΝΔ, Referunt fructum; τελεσφοροῦσι. *Luc.* 8: 14.

ΓΕSΕΘΠΝ, *Lucæ* 19: 37 *occurrit pro* **ΓΛSΕΘΠΝ**, Viderant: *manifesto indicio Augmentum syllabicum* **ΓΛ**, *quod verborum inflexionibus passim adhibent Gothi, olim quoque* **ΓΕ** *fuisse. Vide quæ annotavimus in* **ΓΛSΛΙΘΛ**, Video.

ΓΙΒΛΝ, Dare. *Anglosax.* ȝẏfan. *Alam.* geban / keban / kepan. *Cimbr.* ᛅᛏ ᚵᛁᚠᛅ. *Dan.* giffue. *Angl.* give. *Belg.* geven. *Mericus Casaubonus, Isaaci filius, derivabat ab ἐγγυᾷν, quod propriè significat ἐγγυαλίζειν vel ἐγχειρίζειν*, In manus tradere.

ΓΙΒΛΛ, Pinna, summa structuræ totius extremitas, *vulgo* Pinnaculum. **ΓΛSΛΤΙΔΛ ÏΝΛ ΛΝΛ ΓΙΒΛΙΝ ΛΛhS**: Statuit eum super pinnaculum templi; *Luc.* 4: 9. *Islandis* gabl *est* Terminus. *Danis* gafl, *& Belgis* gevel *est* Fastigium illud seu Cacumen quod in ædium frontispicio maximè incurrit in oculos. *Kilianus vult* gevel *dici quasi* gehevel/ *ab* heven *vel* heffen/ In altum elevare, sursum attollere. *Mihi tamen satiùs videtur aliunde originem vocabuli mutuari, quòd antiquior sit vox* **ΓΙΒΛΛ** *quàm ut referri debeat ad idioma Belgicum. Ac fortassè non incommodè referatur ad* κεφαλὴ, Caput; *quòd ejusmodi ἀκρωτήρια sive* Prominentiæ *in substructionibus emineant, ut caput in corpore humano.*

ΓΙΛΔ, Tributum, census, mulcta, quævis denique exactio Summæ potestati quotannis persolvenda. **ΓΙΛΔ ΓΙΒΛΝ**, Tributum dare; φόρον δοῦναι. *Luc.* 20: 22. **ΚΛΙSΛΚΛΓΙΛΔ ΓΙΒΛΝ ΚΛΙSΛΚΛ**: Cæsareum tributum dare Cæsari; *Marc.* 12: 14. **ΓΙΛSΤΚΛΜΕΛΕΙΝS**, Descriptio; ἀπογρα-

Digitized by Google

ἀπογραφή. *Luc.* 2:2. *quod tamen intellige de Census publici tabulis exactam redituum Principalium rationem continentibus. Videtur interim vocabulum* 𐌲𐌹𐌻𐌳 *tractu temporis generaliore acceptione usurpatum de quavis solutione tributi, mulctæ, debiti, &c. unde &* 𐌿𐍃𐌲𐌹𐌻𐌳𐌰𐌽 *est* Reddere, retribuere; ἀνταποδοῦναι. *Luc.* 14:12 *&* 14. *& rursus Luc.* 19:8; 𐌾𐌰𐌱𐌰𐌹 𐍈𐌹𐍃 𐍈𐌰 𐌰𐍆𐌷𐍉𐌻𐍉𐌳𐌰. 𐍆𐌹𐌳𐌿𐍂𐍆𐌰𐌻𐌸 𐍆𐍂𐌰𐌲𐌹𐌻𐌳𐌰: Si cui quid per fraudem eripui, quadruplum reddo. *Supervacuum foret hoc in loco rem cuivis perspectam cognitámq; sollicitè referre, quemadmodum nempe* Reddere, dare, solvere *Anglosaxones* ȝeldan *dixerint, Alamanni* gelten / felten / *Belgæ* gelden / *&c. cum antiquitatem hujus acceptionis expeditiùs firmet unum illud medii ævi* Geldum, *de quo multa Spelmannus, Vossius, alii sinè numero. Ut igitur, superfluis omissis, aliquid addam de origine Teutonici* gelden *&* geld *vel* felt / *non pigebit ex nostris in Tatianum annotatis adscribere quæ olim super eâ re venerunt in mentem. Videtur vox magnam affinitatem habere cum* κηλέω, Lenio, mulceo. *nam Hesychio* κήλει *exponitur* πραΰνει, θέλγει, Lenit, mulcet. *unde quoque* κηληθμοὶ *eidem Grammatico sunt* παραμύθια, Solatia. *&* κηλητήρια *sunt ei* ἡσυχάστηρια, Placatoria. *Simillimam originationis rationem observare est in Belgico* payen / *quod propriè significat* Iram alicujus prudenti obsequio exstinguere, candidâ humanitate restituere eum qui præ iracundiâ apud se non erat. *estq; à* παύειν. *prout Græcis* παύειν τὴν ὀργὴν, παύειν τ̃ χόλου *significant* Reprimere, cohibere, sedare iram. *Quoniam verò mora debitorum gravissimè semper torquet creditores, nihilq; magis urit eorum animos quàm si debentium fidem vacillare suspicentur; contra verò nihil iis potest accidere gratius quàm si præter spem hoc metu liberentur, & debitores maturâ solutione ad tempus respondeant: hinc* payen *à primâ istac significatione translatum est ad præsentissimam hanc placandi rationem, quæ fit expeditâ totius debiti solutione. Quemadmodum igitur ab hoc efficaci obiratarum mentium delinimento Belgis* payen *accipi cœpit pro* Persolvere; *ita quoque Solvere Anglis est* pay / *Gallis* payer, *Italis* pagare, *Hispanis* apagar. *Ejusdem quoque rationis intuitu sæculum mixobarbarum* Quitare κατὰ συγκοπὴν *fecit ex* quietare *vel* acquietare; *sic enim dicebant pro Condonare debitum, vel Satisfactum fateri atque ita quietum reddere debitorem. Unde Belgis* quijten *vel* quijt schelden *est* Remittere æs alienum. *Anglis* acquit. *Gallis* quitter. *Italis* quitare. *Hispanis* quitar. *& quæ dicebatur ævo semibarbaro* Quietantia, *Belgis nuncupatur* quitantie. *Anglis* acquittance. *Gallis* quittance. *Italis* quitanza. *Hispanis* quitacion. *Vide interim numquid huc faciat quod Runico lexico* ᚠᚢᛁᛋᛋᛅ *exp.* Reconciliatus.

𐌲𐌹𐌻𐌸𐍃, Falx. 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹𐌸 𐌲𐌹𐌻𐌸𐌰: Mittit falcem; *Marc.* 4:29.

𐌲𐌹𐍃𐍄𐍂𐌰𐌳𐌰𐌲𐌹𐍃, Cras; *Matth.* 6:30. *Anglosaxonibus* ȝeorstendæȝ.

Digitized by Google

gẏrstandæg. girstondæg. girstra *est* Heri. *Alamannis* gesteron. *Danis* gaar. *Anglis* yesterday. *Belgis* gisteren. *Videri possunt per metathesin facta ex* χθὲς, Heri. *siquidem ex* χθὲς *fieri potuit* gest / gester / gesteron. *Unde verò Gothi* Cras *dixerint* GISTRADAGIS *nullâ adhuc conjecturâ potui assequi.*

GIUTAN, Fundere. GIUTIÞ, Fundit; *Marc.* 2:22. GIUTID, *Luc.* 5:38. GIUTAND WEIN IN BALGINS: Fundunt vinum in utres; *Matth.* 9:17. *Marc.* 2:22. *Luc.* 5:37. *Anglosax.* geotan. *Alam.* giezzen. *Belg.* gieten. *Græcis* χέω *vel* χεύω *est* Fundere. *nam* χέω *facit* χεύω, *ut* ῥέω ῥεύω, πνέω πνεύω.

GLAGGWUBA, Diligenter, accuratè; ἀκριβῶς. *Luc.* 1:3. SOKEIÞ GLAGGWABA: Quærit diligenter; ζητεῖ ἐπιμελῶς. *Luc.* 15:8. *Anglosaxonibus* glencgan *est* Ornare. glenga, Ornamenta. ic smicere geglengce, Orno; *gl R*, 99. on mænigfealdre glæncge ic glæncgde mine lichaman. and mid sweartum synnum mine saple aplætte. Multiplici ornamento exornavi corpus meum, & fœdis criminibus animam meam deturpavi; *Modus confitendi, cap.* I. se snotera wer ne gewilnað ðara woruld glenga. Vir prudens non appetit hujus sæculi ornamenta; *Basil. reg.* VIII. glengede word, Composita verba; *Prov.* 17. glencas micle gesih, Ædificationes magnas vide; *Cottonianus codex interlineatus Marc.* 13:2.

GLITMUNJANDE WAURÞUN WASTJOS ÏS: Splendentia facta sunt vestimenta ejus; *Marc.* 9:3. glitinian *Anglosaxonibus est* Splendere, coruscare. glitenung, Coruscatio. *Alamannis* glizzan / clizzan *est* Micare, vibrare, coruscare. *Danis* glindtze / glise *est* Nitere, splendere. eg gliß / Niteo. glisen / Splendor. glisende / Coruscans. *Anglis* glister / glitter. *Belgis* glinsteren / glisteren. *Olim visum est mihi* glizan *vel* glizzau *affinitatem aliquam habere cum* ἀγλαΐζειν, Nitere, splendere. *nunc aliam commodiorem quæro originationem.*

GODAKUNDS, Nobilis; εὐγενής. *Luc.* 9:12. *à* GODS *vel* GODA, Bonus. *&* KUN, Genus. *atque ita* GODAKUNDS *propriè erit Bono genere prognatus, benè natus atque educatus. de tali Plautus Persâ, Actu* IV, *Scenâ* 4;

Hæc erit bono genere nata, nihil scit nisi verum loqui.

GODS *vel* GODA, Bonus. GOD *vel* GOÞ, Bonum. BAGMS GODS: Arbor bona; *Luc.* 6:43. GODS HAIRDEIS, *& rursus* HAIRDEIS SA GODA: Bonus pastor; *Joh.* 10:11 *&* 14. GODS IST: Bonus est; *Luc.* 6:35. GOD SALT: Bonum sal; *Luc.* 14:34. GOÞ SALT:

Digitized by Google

𐍃𐌰𐌻𐍄: Bonum sal; *Marc.* 9:50. 𐌲𐍉𐌸 𐌹̈𐍃𐍄: Bonum est; *Marc.* 9:5, 42, 43, 45, 47. 𐌽𐌹 𐌲𐍉𐌸 𐌹̈𐍃𐍄: Non est bonum; *Marc.* 7:27. 𐌲𐍉𐌸 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍃𐍄𐍅: Bonum opus; *Marc.* 14:6. 𐌲𐍉𐌳𐌰 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍃𐍄𐍅𐌰: Bona opera; *Joh.* 10:32. *Accumulavi hoc in loco aliquot exempla, ut ex iis liqueat* Bonum *rariùs* 𐌲𐍉𐌳, *sæpiùs verò* 𐌲𐍉𐌸 *scribi: ac* Bona, *in plurium numero, semper scribi* 𐌲𐍉𐌳𐌰. *Proinde quoque unicum ac summum bonum,* D E U S *O P T I M U S M A X I M U S,* 𐌲𐍉𐌸 *dicitur: Dii verò,* 𐌲𐌿𐌳𐌰. *Ita legas Joh.* 10:34; 𐌹̈𐌺 𐌵𐌰𐌸. 𐌲𐌿𐌳𐌰 𐍃𐌹𐌾𐌿𐌸: Ego dixi, Dii estis. *Vocabulum interim* 𐌲𐍉𐌸, Deus, *nunquam integrè scribitur in Argenteo codice, sed pro eo passim occurrit* 𐌲𐌸̄, *ne sacrosanctum summi Numinis nomen simplices atque incauti temerè confundant cum nomine illius Boni quod nos promiscuè ad alias res creatas, potissimùm verò ad sordidos caducarum opum acervos referimus. Reverentius nempe visum est piæ antiquitati nomen Summi boni, ab iis quæ vulgo dicuntur censentúrq; Bona, distinguere peculiari quadam arcanioris abbreviaturæ notâ. Vide quæ de augusto summi Numinis nomine diximus in annotatis ad Tatiani* I, 1. *sicuti & in annotatis ad ejusdem Tatiani* XLI, 5.

𐌲𐍉𐌻𐌴𐌹𐌽𐍃, Salutatio; *Luc.* 1:29, 41, 44. 𐌲𐍉𐌻𐌾𐌰𐌽, Salutare; *Marc.* 15:18. 𐌾𐌰𐌱𐌰𐌹 𐌲𐍉𐌻𐌴𐌹𐌸 𐌸𐌰𐌽𐍃 𐍆𐍂𐌹𐌾𐍉𐌽𐌳𐍃 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂𐌰𐌽𐍃 𐌸𐌰𐍄𐌰𐌹𐌽𐌴𐌹: Si salutatis amicos vestros tantùm; *Matth.* 5:47. 𐌾𐌰𐌷 𐌲𐍉𐌻𐌹𐌳𐌰 𐌰𐌹𐌻𐌴𐌹𐍃𐌰𐌱𐌰𐌹𐌸: Et salutavit Elisabeth; *Luc.* 1:40.

𐌲𐍉𐌸, Deus. *Vide* 𐌲𐍉𐌳𐍃 *vel* 𐌲𐍉𐌳𐌰, Bonus.

𐌲𐍂𐌰𐌱𐌰𐌽, Fodere. 𐌲𐍂𐌰𐌱𐌰𐌽 𐌽𐌹 𐌼𐌰𐌲: Fodere non valeo; *Luc.* 16:3. 𐌸𐌹𐌿𐌱𐍉𐍃 𐌿𐍆𐌲𐍂𐌰𐌱𐌰𐌽𐌳𐌰 𐌾𐌰𐌷 𐌷𐌻𐌹𐍆𐌰𐌽𐌳𐌰: Fures effodiunt ac furto auferunt; *Matth.* 6:19. 𐌲𐍂𐍉𐌱, Fódit; *Luc.* 6:48. 𐌿𐍃𐌲𐍂𐍉𐍆, Fódit; *Marc.* 12:1. 𐍆𐌰𐌿𐌷𐍉𐌽𐍃 𐌲𐍂𐍉𐌱𐍉𐍃 𐌰𐌹𐌲𐌿𐌽: Vulpes foveas habent; *Matth.* 8:20. *Alamannis* graban *est* Fodere. *Islandis* grafa. *Danis* graffue. *Belgis* **graben**. *Runico lexico* FRAFAAR *sunt* Fossilia instrumenta. *Martinius omnia hæc derivata putat ex Hebræo* כָּרָה, Fodere.

𐌲𐍂𐌰𐌼𐍃𐍄𐌰 𐌿𐍃𐍅𐌰𐌹𐍂𐍀𐌰𐌽: Festucam ejicere; τὸ κάρφος ἐκβαλεῖν. *Luc.* 6:42.

𐌲𐍂𐌰𐍃, Herba, olus; *Marc.* 4:28, 32. *Anglosax.* gærs. græs. *Alam.* graft / gras / cras. *Dan.* græs. *Angl.* **grasse**. *Belg.* **gras** / **gars** / **gers**. *Græcis* κράστις *vel* γράστις *est* Gramen. γράστις, *teste Eustathio*, ἐστὶ ὁ ἀμίξηρος χόρτος. παρὰ τὸ γράω, ὃ ἐστὶ ἐσθίω. *Isaacus Casaubonus ad Persii Satyram* VI *refert* γράστις *illud ad originem Syriacam. vide eum.*

Digitized by Google

𐌲𐍂𐌴𐌳𐌰𐌲𐍃 𐍅𐌰𐍃, Esurivit; *Marc.* 2:25. & 11:12. 𐌲𐍂𐌴𐌳𐌰𐌲𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐍃𐍉𐌸𐌹𐌳𐌰 𐌸𐌹𐌿𐌸𐌴: Esurientes implevit bonis; *Luc.* 1:53. 𐌰𐌿𐌳𐌰𐌲𐌰𐌹 𐌲𐍂𐌴𐌳𐌰𐌲𐌰𐌽𐍃: Beati esurientes; *Luc.* 6:21. *Anglosaxonibus* ȝꞃæꝺiȝ *est* Avidus, cupidus, esuriens. *Danis* graadig. *Islandis* graadugur. *Anglis* greedy. *Belgis* gretig / graeg. *Valdè videntur affinia isti* γρῶ, Comedo, *quod habet Etymologicum magnum in* γάγγραινα & γράσος.

𐌲𐍂𐌴𐌹𐍀𐌰𐌽. 𐍆𐌰𐌹𐍂𐌲𐍂𐌴𐌹𐍀𐌰𐌽. 𐌿𐌽𐌳𐌲𐍂𐌴𐌹𐍀𐌰𐌽, Prehendere, apprehendere, comprehendere; *Marc.* 14:48. 𐍃𐍉𐌺𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰 𐌿𐌽𐌳𐌲𐍂𐌴𐌹𐍀𐌰𐌽: Quærebant eum apprehendere; *Marc.* 12:12. 𐍆𐌰𐌹𐍂𐌲𐍂𐌴𐌹𐍀𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌷𐌰𐌽𐌳𐌿 𐌸𐌹𐍃 𐌱𐌻𐌹𐌽𐌳𐌰𐌹𐍃: Apprehendens manum cœci; *Marc.* 8:23. 𐌲𐍂𐌴𐌹𐍀𐌹𐌸 𐌸𐌰𐌽𐌰: Prehendite illum; *Marc.* 14:44. 𐌲𐍂𐌹𐍀𐌿𐌽 𐌹̈𐍃 𐌸𐌰𐌹 𐌾𐌿𐌲𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌳𐌴𐌹𐍃: Comprehenderunt eum juvenes; *Marc.* 14:51. 𐍆𐌰𐌹𐍂𐌲𐍂𐌰𐌹𐍀 𐌱𐌹 𐌷𐌰𐌽𐌳𐌰𐌿: Prehendebat manu; *Marc.* 5:41. *Anglosax.* ȝꞃipan. ȝꞃiopan. *Alam.* greifen. *Cimbr.* ᚵᚱᛁᛒᛆ. *Dan.* gribe. *Angl.* gripe. *Belg.* grijpen. *Origo verbi putatur esse ex* γρῖπος, Jactus retis. *unde* γριπεὺς *est* Piscator. γριπίζειν, Piscari, *propriè: at per translationem*, Capere. *atque inde* δυσγρίπιστος *est* Avarus, tenax, qui nihil sibi patitur eripi. γριπὸς, Rapax. γρῖφος *denique Græcis etiam nuncupatur* Rete: *unde &* γρῖφοι *sunt* Ænigmata, *i. perplexa tortuosáq; dicta, retis instar involuta atque implicata; vel quòd irretiant illos qui se non possunt ab his expedire. Vide Cl. Salmasium de Modo usurarum, cap.* IX, *paginâ* 353.

𐌲𐍂𐌴𐌹𐍄𐌰𐌽, Flere; *Marc.* 14:72. 𐌲𐍂𐌴𐌹𐍄𐌹𐌸 𐌾𐌰𐌷 𐌲𐌰𐌿𐌽𐍉𐌸 𐌾𐌿𐍃: Flebitis & plorabitis vos; *Joh.* 16:20. 𐌲𐍂𐌴𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃, Flentes; *Marc.* 5:38. *Luc.* 6:21. 𐌲𐍂𐌴𐍄𐌰𐌽 𐌳𐌿𐌲𐌹𐌽𐌽𐌹𐌳: Flebitis; *Luc.* 6:25. 𐌽𐌹 𐌲𐍂𐌴𐍄: Noli flere; *Luc.* 7:13. 𐍈𐌰 𐌲𐍂𐌴𐌹𐍄𐌹𐌸: Quid ploratis? *Marc.* 5:39. 𐌲𐌰𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌸𐍉 𐌱𐌰𐌿𐍂𐌲. 𐌲𐌰𐌹𐌲𐍂𐍉𐍄 𐌱𐌹 𐌸𐍉: Videns civitatem, flevit super illam; *Luc.* 19:41. 𐌲𐌰𐌹𐌲𐍂𐍉𐍄𐌿𐌽, Flebant; *Luc.* 8:52. 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐌹𐌲𐍂𐍉𐍄𐌿𐌸: Non plorâstis; *Luc.* 7:32. 𐌲𐍂𐌴𐍄𐍃, Fletus; *Matth.* 8:12. *Cimbris* ᚵᚱᛆᛏᛆ *est* Flere, plorare. *Isl.* graata. *Dan.* græde. *Gall.* crier. *Ital.* gridare. *Hisp.* gridár, gritár. *Angl.* crie. *vett Flandris* krije *est* Clamor. *reliquis Belgis* krijten/ krijsschen/ schreyen *est* Flere. *Cimbris* ᛆᚦ ᚵᚱᛁᛏᛏᛆ *est* Hiscere. *Omnia sunt affinia Græco* κρίζειν, Vehementer vociferari, cum acuto quodam stridore exclamare. *Jos. tamen Scaliger Notis in Priapeja derivat Italicum* gridare *à Quiritare, i. Quirites ciere, flebili voce Quiritium opem implorare. Cymræorum verò* cri, Clamor, & crio, Clamare, *Joh. Davies desumtum censet ex Hebræo* קָרָא, Clamare.

𐌲𐍂𐍉-

Digitized by Google

𐌲𐍂𐍉𐌱𐍉𐍃 𐌰𐌹𐌲𐌿𐌽: Foveas habent; *Matth.* 8:20. *Refer ad* 𐌲𐍂𐌰𐌱𐌰𐌽, Fodere.

KALKGE, Meretrices. FRET ÞEIN SYES MIÞ KALKGRM: Devoravit substantiam tuam cum meretricibus; *Luc.* 15: 30. KALKINASSGNS, Adulteria; *Marc.* 7: 21. ÏNNH FAIKINA KALKINASSANS: Exceptâ causâ fornicationis; *Matth.* 5: 32. χαλκιδῖτις πόρνη *Josepho est Vile ac triviale scortum quod vel æreo nummo se prostituit: prorsus ut* διώβολοι *Græcis*, *&* diobolares meretrices *Latinis (teste Festo) quæ* duobus obolis ducuntur.

KANN ÏNA: Novi eum; *Joh.* 8: 55. KNNNGA ÏM NAMR ÞEINATA: Notum faciam eis nomen tuum; *Joh.* 17: 26. *Vide* KNNNAN, Noscere.

KAR, Cura, sollicitudo. NI KAR ÏST ÏNA ÞIZE AAMBE: Non est ei cura ovium; *Joh.* 10: 13. ⊙A KARA NNSIS: Quid ad nos? *Matth.* 27: 4. NI KARA ÞNK MANSHNN: Non curas quemquam; *Marc.* 12: 14. NIN KARA ÞNK ÞIZ EI FRAUISTNAM: Non curas si perimus? *Marc.* 4: 38. NNKARGANS, Securi; *Marc.* 4: 15. *Anglosax.* caꞃu. ceaꞃ. *Angl.* care. *Videri possunt affinitatem aliquam habere cum Græco* κῆρ, Cor; *quòd homines ea præcipuè curent, quæ maximè ipsis cordi sunt: atque inde quoque* κηραίνω *frequenter solet usurpari pro* μελετᾶν, φροντίζω.

KARKAR, Carcer; *Matth.* 5: 25. 11: 2. *ac passim alibi.* *Cymr.* carchar. *Anglosax.* caꞃceꞃn. *Alam.* carcar / charchar. *Belg.* kercker. *Hesychio* κάρκαροι *sunt* δεσμοὶ, Vincula. *Valdè quoque affine est Græco* καρκαίρω, Resono, pulsatus vibro & tremo. *Appositè Pompejus Festus*; Querqueram Opilius frigidam ait dici & cum horrore trementem. Santra etiam ex Græco deducit, qui Tremorem ejusmodi κάρκαρον dicunt. unde dici etiam Carcerem. *Ita quoque viri doctissimi (inter quos Rhodiginus & Beroaldus) Gemonias scalas à gemitu nomen traxisse autumant. erat enim puteus in quem gradibus descendebant, & in quem facinorosi unco pertracti præcipites dari solebant. Similitudo originationis (ut mihi quidem videtur) non prorsus ineptæ, quodam modo adigit me ut nonnihil hic exspatier. Quemadmodum enim certum habeo non paucos fore qui vocem* KARKAR *in Argenteo codice inventam statim judicabunt ex Latinâ versione in textum Gothicum irrepsisse, ita quoque nullus dubito quin plures adhuc sint futuri qui* BRIUNNP *illud quod Runicum lexicon Olai Wormii* Carcerem *exponit, à Gallico* prison *desump-*

Digitized by Google

ſumptum ſentient; quum tamen πρίειν ὀδόντας *Græcis ſit* Dentibus ſtridere. πρίσις ὀδόντων, Stridor dentium. *Fuſius de hac voce egimus in annotatis ad Tatiani* XXI, 2. *ubi quoque indago etymologiam illius* cpeaꞃtepn *vel* cpeoꞃtepn *vel* cpieꞃtepn *quod in antiquiſſimis quibuſque monumentis Angloſaxonicis frequenter occurrit: ſed ſatius puto remittere ad locum, quàm plura hîc repetere.*

KAS, Vas. **NI LAILOT EI HVAS ÞAIRHBERI KAS ÞAIRH ALH**: Non ſinebat ut quiſquam ferret vas per templum; *Marc.* 11:16. **KAS VATINS BAIRANDS**: Vas aquæ bajulans; *Marc.* 14:13. **NIMANNA LUKARN TANDJANDS DISHULJIÞ ÏTA KASA**: Nemo lucernam accendens operit eam vaſe; *Luc.* 8:16. **KASA SVINÞIS VILVAN**: Vaſa fortis diripere; *Marc.* 3:27. **KAS-JINS AKR USBAUHTEDUN**: Figuli agrum emerunt; *Matth.* 27:7. *In originem vocis animum obiter tantùm intendenti, ſtatim viſum eſt vocabulum non ita longè recedere à poſtremâ parte Græci* ἄγγος, Vas: *vel à primâ parte illius* γάστρα, *quod Græcis olim denotabat* Ventrem *vel* Fundum vaſis.

KATILE DAUPEININS: Æramentorum baptiſmata; χαλκίων βαπτισμούς. *Marc.* 7:4. *Martinius derivat Teutonicum* **kettel** *à* κοτύλη, *quod aliquando* Vaſculum concavum, *aliàs verò* Menſuram liquidorum *ſignificat. Alias de vocabuli origine conjecturas habent annotata ad gl A,* 15. *in* Cacabus, **kezzili**.

KAUPATJAN, Colaphos ingerere; κολαφίζειν. *Marc.* 14:65. *Anglis* **to cuffe** *idem vulgò ſignificat. Danis* **kiep** *eſt* Fuſtis. **kieps hag** / Fuſtuarium.

KAUPOÞ UNTE ÏK QIMAN: Negotiamini dum venio; πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι. *Luc.* 19:13. *Angloſax.* ceapan. cẏpan, Emere, mercari. ceapman. cẏpman, Mercator. ceapſτop, Forum, emporium. cẏpinga, Nundinæ. *Alam.* **chauphen / caufen / coufen** / Emere. **caufman / coufman** / Emptor, mercator. **chaufo** / Redemptor. *Cimbr.* **PΛΠΒΛ**, Emere. **PΗΒ4Ι**, Emit. **ΛPΗΒΙΗ**, Gratìs. **ΨΛ4PΛΠΒ**, Annonæ emptio. **PΛΠΒΗ4ΙPΚΛ**, Nundinæ. *Dan.* **kiøbe** / Emere, mercari. **kiøbman** / Mercator. **kiøbsted** / Emporium. *Iſl.* **eg kaupe** / Emo. **keipte** / Emi. *Angl.* **cheapen** / Commercari, licitari, diſceptare *vel* tranſigere de pretio. **ceapman / chapman** / Mercator. *Belg.* **koopen** / Emere. **koop** / Emptio. **koopman** / Mercator. **koopſtad** / Emporium. κάπηλος *Græcis eſt* Inſtitor, propola. *Multa de hac voce tradit Salmaſius de Uſuris, cap.* 12.

KAURIDAI SLEPA: Gravati ſomno; βεβαρημένοι ὕπνῳ. *Luc.* 9:32. *Magnam habet hæc vox affinitatem cum illo* **GAURIÞA**, *quod Joh.* 16:6 *exponitur*

Tristitia. *Ad ultimam nimirum perducti tristitiam, posteaquam nullum ægritudinis finem prospicientes totos se dederunt dolori, ipsâ fatigati desperantiâq; animi caligine, gravi persæpè obruuntur somno.* *Arbiter*; Cùm Ascyltos, gravatus tot malis, in somnum laberetur. *Terent. Andr.* II, 1; Ut animus in spe atque in timore usque hàc attentus fuit: Ita, postquam adempta spes est, lassus, curâ confectus stupet. *Seneca nat. quæst.* III, 27; In extrema perductis hoc unum solatio fuit, quòd transierat in stuporem metus. non vacabat timere mirantibus; ne dolor quidem habebat locum: quippe vim suam perdit in eo, qui ultra sensum mali miser est.

𐌺𐌰𐌿𐍂𐌽𐍉, Fruges, frumentum, granum. 𐌺𐌰𐌿𐍂𐌽𐍉 𐍃𐌹𐌽𐌰𐍀𐌹𐍃: Granum sinapis; *Marc.* 4: 31. 𐌺𐌰𐌿𐍂𐌽𐍉 𐍈𐌰𐌹𐍄𐌴𐌹𐍃: Granum frumenti; *Joh.* 12: 24. *Anglosax.* corn. *Alam.* corn/ korn. *Dan. Isl.* korn. *Angl.* corn. *Belg.* koren. *Omnia mirè sunt affinia Græco* κορέω *vel* κορέννυμι, Satio, saturo.

𐌺𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Probare, experiri, tentare. 𐌾𐌿𐌺𐌰 𐌰𐌿𐌷𐍃𐌽𐌴 𐌿𐍃-𐌱𐌰𐌿𐌷𐍄𐌰 𐍆𐌹𐌼𐍆. 𐌾𐌰𐌷 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰 𐌺𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽 𐌸𐌰𐌽𐍃: Juga boum emi quinque, & eo probare illa; *Luc.* 14: 19. *Videri potest hæc acceptio promanâsse ex receptâ significatione proximi* 𐌺𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Gustare; *quod vide*.

𐌺𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Gustare. 𐌽𐌹 𐌺𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽𐌳 𐌳𐌰𐌿𐌸𐌰𐌿𐍃: Non gustabunt mortem; *Marc.* 9: 1., *Luc.* 9: 27. 𐌺𐌰𐌿𐍃𐌴𐌹𐌸 𐌸𐌹𐍃 𐌽𐌰𐌷𐍄𐌰-𐌼𐌰𐍄𐌹𐍃 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌹𐍃: Gustabit cœnam meam; *Luc.* 14: 24. 𐌽𐌹 𐌺𐌰𐌿𐍃-𐌾𐌰𐌹 𐌳𐌰𐌿𐌸𐌰𐌿 𐌰𐌹𐍅𐌰𐌳𐌰𐌲𐌴: Non gustabit mortem in æternum; *Joh.* 8: 42. *Magnam hoc verbum affinitatem habet cum Græco* γεύω, γεύσω, Gusto, gustabo.

𐌺𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽, Germinare. 𐍆𐍂𐌰𐌹𐍅 𐌺𐌴𐌹𐌽𐌹𐌸 𐌾𐌰𐌷 𐌻𐌹𐌿𐌳𐌹𐌸: Semen germinat & increscit; *Marc.* 4: 27. 𐌸𐌰𐌽 𐌿𐍃𐌺𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌳 𐌻𐌰𐌿𐌱𐍉𐍃: Cum enascuntur folia; *Marc.* 13: 28. 𐌿𐍃𐌺𐌴𐌹𐌽𐍉𐌳𐌰 𐌾𐌰𐌷 𐍄𐌰𐍅𐌹𐌳𐌰 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽: Exortum est & fecit fructum; *Luc.* 8: 8. *Hoc verbum diutissimè retinuere Franci. gl C, paginâ* 12; Promunt, framspringant / chinint. *& mox paginâ sequente*, Pullulat, chinit.

𐌺𐌴𐌻𐌹𐌺𐌽 𐌲𐌰𐍄𐌹𐌼𐍂𐌹𐌳𐌰: Turrim ædificavit; πύργον ᾠκοδόμησε. *Marc.* 12: 1. 𐍅𐌹𐌻𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌺𐌴𐌻𐌹𐌺𐌽 𐍄𐌹𐌼𐍂𐌾𐌰𐌽: Volens turrim ædificare; θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι. *Luc.* 14: 28. 𐍄𐌰𐌹𐌺𐌽𐌴𐌹𐌸 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌺𐌴𐌻𐌹𐌺𐌽 𐌼𐌹𐌺𐌹𐌻𐌰-𐍄𐌰: Demonstrabit vobis cœnaculum grande; δείξει ὑμῖν ἀνώγεον μέγα. *Marc.* 14: 15.

𐌺𐌹𐌾𐌰𐌽. *Vide quæ dicimus in* 𐌿𐍃𐌺𐌹𐌾𐌰𐌽𐌰𐍄𐌰.

𐌺𐌹𐌻𐌸𐌴𐌹, Venter, uterus. 𐌲𐌰𐌽𐌹𐌼𐌹𐍃 𐌹̈𐌽 𐌺𐌹𐌻𐌸𐌴𐌹𐌽: Concipies in utero;

Digitized by Google

utero; *Luc.* 1:31. ÏN KIλΨΩ ΥλKΨ λIλЄIΣλBλIΨ: Concepit Elisabeth; *Luc.* 1:24. MIΨ MλKIÏN ΥIΣλNλGIN ÏN KIλΨΩN: Cum Mariâ prægnante; *Luc.* 2:5. *Vide interim numquid huc pertineat, quòd Anglosaxonibus* cilðhama *est* Uterus. pipmanneꞅ innoð *vel* cilðhama, Uterus, matrix; *gl R*, 74. *Vide quoque an non ex initio hujus vocabuli (mutato priùs* K *in* Ω, *&* *eliso* λ) *desumptum sit illud* ΩIΨ, *quod suo loco exponitur* Uterus, vulva, matrix.

KINλINS, Præses; *Matth.* 27:11 *&* 15.

KINN, Maxilla. *Matth.* 5:39. *Luc.* 6:29. *Cambrobritannis* gên *est* Mentum, maxilla. *Anglosax.* cinn. *Alam.* kinno. *Cimbr.* ΚΙΝΝ. *Dan.* kind. *Angl.* chinn. *Belg.* kinne. *Ex his Cymræorum* gên *videri potest detruncatum ex* γένυς *vel* γένειον, Maxilla, mentum. *Reliqua viri docti derivârunt à* κινεῖν, Movere; *quòd mentum sermocinantium atque aliquid manducantium in perpetuo sit motu. Prorsus ut Jovianus Pontanus* Mentum *vult dictum quasi Movimentum, à movendo. Vide etymologicum Vossii in* Mentum.

KINTΠ ΨλNλ MINNISTλN: Quadrantem minimum; *Matth.* 5:26. *Pro* κῆνσος *etiam* κῖνσος *dixere, ut ex Hesychio constat in* κῆνσος *&* κῖνσος.

KIΠSλN. *Occurrit in* ΠSKIΠSλN, Reprobare.

KλλhλIM λNλhΠλIλGS, Parvulis revelâsti; νηπίοις ἀπεκάλυψας. *Luc.* 10:21. *Belgis* klayn *vel* kleyn *est* Parvus. *quod licet magnam videatur habere affinitatem cum hac voce Gothicâ: malim tamen remittere Lectorem ad ea quæ dixi in Observ. ad Willerami pag.* 46. *sicuti & ad ea quæ annotavi ad gl B*, 13. *in* Diligenter, cleinlihho.

KNIΥ, Genu. KNIΥλM KNΠSSGλNλS, Procumbens in genua, genua solo illidens, γονυπετῶν. *Marc.* 1:40. λKλNS λΠ KNIΥλM IλISΠIS: Procidit ad genua Jesu; *Luc.* 5:8. *Anglosaxonibus* cneop *est* Genu. *Alamannis* kneu/ knie. *Cimbris* ✱ΝΙ. *Danis* knæ. *Islandis* knie. *Anglis* knee. *Belgis* knie. *Græcis* γόνυ.

KNΠSSGλNλS, Ad genua alicujus suppliciter accidens. γονυπετήσας αὐτόν. *Marc.* 10:17. *pro quo tamen Marci* 1:40 *occurrit* BIλGλNλS ÏNλ GλH KNIΥλM KNΠSSGλNλS: Orans eum & ad genua ejus accidens. παρακαλῶν αὐτὸν καὶ γονυπετῶν αὐτόν. *Anglosaxonibus* cnyllan. cnylſan. cnyſſan *est* Verberare, pulsare, quatere. *Vulgò Hollandis* knillen *est* Strenuè deverberare ac pugnos frequentes ingerere. *Cambrobritannis* cnûll *vel* cnûll *erat* Campanarum sonus. *unde*

Digitized by Google

unde fortè Anglosaxones desumpserunt suum cnyllan, Impellere campanas. *atque inde Anglicum* knell / Sonitus campanarum; *maximè tamen campanarum, quibus aliquem jam jam moriturum aut recens mortuum esse significatur. Cimbris* ᚼᚴᚢᛋ-ᚠᛅᚴ *est* Agitatio, concussio. ᛅᚦ ᚼᚴᚢᛋᚠᛅᛋᛏ, Manibus pugnare; *vide Runicum lexicon. Danis* knuſen *est* Elidere, conterere, frangere. *Belg.* kneuſen/knieſen.

KRIUSTIÞ TUNÞUNS SEINANS: Collidit dentes suos; *Marc.* 9:18. JAINAR VAIRÞIÞ GRETS JAH KRUSTS TUNÞIVE: Ibi erit fletus & stridor dentium; *Matth.* 8:12. *ubi Anglosaxonica translatio,* þær bið wop ⁊ toða gristbitung:· *Anglosaxonibus nempe* gristbitian *est* Frendere, *i. Crepitum ac stridorem dentibus inter se collisis edere.* ic gristbitige oððe ic cearcige, Strido; *gr Ælfrici, cap.* 26. he gristbitað ofer hine mid toðum. Frendit super eum dentibus; *Ps.* 36:12. *Ex hac igitur priscâ orthographiâ Gothici* KRUSTS (*unde proculdubio Anglosaxonicum* gristbitung *desumptum est*) *cuivis perspicuum fit ipsum illud* KRUSTS *nihil esse aliud quàm* τὸ κρουστικὸν τῶν ὀδόντων. *illud nempe quod in tristi luctuosâq; dentium* συγκρούσει *maximè ferit aures. nempe à verbo* κρούω, *quod sæpissimè pro* συγκρούω *usurpatur, sunt* κροῦσις, κρουστικός. *&c. Ad hanc originem refer etiam Anglosaxonicum* gristle, Cartilago. *Vide annotata nostra ad gl E, 4. in* Cartillago.

KUBITUNS ANAKUMBJAN *videtur usurpatum de iis qui cibum capientes cubito incumbebant.* Cubitus dictus, *inquit Isidorus libro* XI *Originum cap.* I, quòd ad cibos sumendos in ipso cubamus. *Vide Vossii etymologicum Latinum in* Cubitus. *Nisi fortè de spatio distantiæ cubitalis inter singulos quinquagenos accipiendum putemus illud Lucæ* 9:14; GAVAURKEIÞ IM ANAKUMBJAN KUBITUNS. ANA ÞRAFSTAIN FIMFTIGUNS: Facite illos discumbere per convivia quinquagenos. *Confer hæc etiam cum iis quæ supra diximus in* ANAKUMBJAN.

KUKJAN, Osculari. NI KUKIDES MIS. IÞ SI NI SVAIF BIKUKJAN FOTUNS MEINANS: Non dedisti mihi osculum, at hæc non cessavit osculari pedes meos; *Luc.* 7:45. ÞAMMEI KUKJAU. SA IST: Quemcunque osculatus fuero, is est; *Marc.* 14:44. DRAUS ANA HALS IS. JAH KUKIDA IMMA: Cecidit super collum ejus & osculatus est eum; *Luc.* 15:20. *Anglosaxonibus* cyssan: *Alamannis* cussan. *Cimbris* ᚴᚢᛋᛋᛅ. *Danis* kyſſe. *Anglis* kiſſe. *Belgis* kuſſen. *Græcis* κύω, Osculor, *est* κύσαι, Basiare. *pro quo tamen apud Homerum Odyss.* Ω, *vers.* 234, *atque alibi passim, occurrit* κύσσαι. *Cambrobritannis* cusanu *est* Osculari, suaviari; *quod tamen ab Hebræâ origine derivatum censet Jo. Davies, quem adi. Islandis* koß *est* Osculum.

KUM-

Digitized by Google

𐌺𐌿𐌼𐌱𐌴𐌹, Recumbe, *ad cibum capiendum ſcilicet*. *Luc.* 17 : 7. *Vide quæ ſupra annotavimus in* 𐌰𐌽𐌰𐌺𐌿𐌼𐌱𐌾𐌰𐌽.

𐌺𐌿𐌽, Genus. 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌺𐌿𐌽 𐍄𐌰𐌹𐌺𐌽 𐍃𐍉𐌺𐌴𐌹𐌸: Iſta generatio ſignum quærit; *Marc.* 8 : 12. 𐍉 𐌺𐌿𐌽𐌽𐌹 𐌿𐌽𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌾𐌰𐌽𐌳𐍉: O generatio incredula; *Marc.* 9 : 19. 𐌺𐌿𐌽𐌽𐌹 𐌽𐌰𐌳𐍂𐌴: Genimina viperarum; *Luc.* 3 : 7. 𐌰𐌻𐌻𐌰 𐌺𐌿𐌽𐌾𐌰: Omnes generationes; *Luc.* 1 : 48. 𐌹̈𐌽 𐌺𐌿𐌽𐌾𐌰 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌰𐌼𐌼𐌰: In cognatione tuâ; *Luc.* 1 : 61. 𐌰𐌻𐌾𐌰𐌺𐌿𐌽𐌾𐌰, Alienigena; *Luc.* 17 : 18. *Neſcio an & huc pertineat* 𐌲𐍉𐌳𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐍃, Nobilis; *Luc.* 19 : 12. *Angloſaxonibus* cynn *eſt* Genus, generatio. *Alamannis* cunn / chunn. *Cimbris* ᚴᚢᚿ. *Danis* kion. *Iſlandis* kyn. *Anglis* kinde. *Belgis* kunne. *Sunt à* cennan, Gignere. *Græcis* γενᾷν.

𐌺𐌿𐌽𐌳 *poſtpoſitum in compoſitione*. *Hujus formæ ſunt* 𐌲𐍉𐌳𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐍃. 𐌷𐌹𐌼𐌹𐌽𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐍃. 𐌲𐌿𐌼𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐍃. *Ita* 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰 𐍃𐌿𐌼𐍃 𐌲𐍉𐌳𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐍃 *eſt* Homo quidam nobilis; *Luc.* 19 : 12. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹 𐌷𐌰𐍂𐌾𐌹𐍃 𐌷𐌹𐌼𐌹𐌽𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐌰𐌹𐍃: Multitudo militiæ cœleſtis; *Luc.* 2 : 13. 𐍈𐌰𐌶𐌿𐌷 𐌲𐌿𐌼𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐌰𐌹𐌶𐌴: Omne maſculinum; *Luc.* 2 : 23. *Quibus reſpondent Angloſaxonica* godcund, Divinus; *Cædmon* 50, 24. 60, 15. eorðcund, Terrenus, terreſtris; *Idem Cædmon* 36, 24. utacunde, Alieni, alienigenæ; C *Matth.* 17 : 25. *rurſus Luc.* 16 : 12. 17 : 18. *denique Joh.* 10 : 5. *Alamannis quoque* cotchundiu *eſt* Divinus. cotchundida / Divina. cotchundaz / Divinum. cotchundlihho / Divinitùs; *Kero*. cotchuntliche / Divinitùs; *App. gloſſarii C*.

𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌽, Noſcere, ſcire. 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌰𐍄𐌲𐌹𐌱𐌰𐌽 𐌹̈𐍃𐍄 𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌽 𐍂𐌿𐌽𐌰 𐌸𐌹𐌿𐌳𐌰𐌽𐌲𐌰𐍂𐌳𐌾𐍉𐍃 𐌲𐍉𐌸𐍃: Vobis datum eſt nôſſe myſterium regni Dei; *Marc.* 4 : 11. *Luc.* 8 : 10. 𐍈𐌰𐌹𐍅𐌰 𐌼𐌰𐌲𐌿𐌼 𐌸𐌰𐌽𐌰 𐍅𐌹𐌲 𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌽: Quomodo poſſumus viam ſcire? *Joh.* 14 : 5. 𐌺𐌰𐌽𐌽 𐌸𐌿𐌺 𐍈𐌰𐍃 𐌸𐌿 𐌹̈𐍃: Scio qui ſis; *Marc.* 1 : 24. 𐌺𐌰𐌽𐌽 𐌹̈𐌽𐌰: Novi eum; *Joh.* 8 : 55. 𐌰𐌱𐌰𐌽 𐌽𐌹 𐌺𐌰𐌽𐌽: Virum non cognoſco; *Luc.* 1 : 34. 𐌲𐌰𐌺𐌰𐌽𐌽𐌹𐌳𐌰 𐌹̈𐌼 𐌽𐌰𐌼𐍉 𐌸𐌴𐌹𐌽𐌰𐍄𐌰. 𐌾𐌰𐌷 𐌺𐌰𐌽𐌽𐌾𐌰: Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam; *Joh.* 17 : 26. 𐍃𐌰 𐍃𐌹𐍀𐍉𐌽𐌴𐌹𐍃 𐍅𐌰𐍃 𐌺𐌿𐌽𐌸𐍃 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌲𐌿𐌳𐌾𐌹𐌽: Ille diſcipulus erat notus pontifici; *Joh.* 18 : 15. 𐌳𐌿 𐌲𐌹𐌱𐌰𐌽 𐌺𐌿𐌽𐌸𐌹 𐌽𐌰𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹𐍃 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽 𐌹𐍃: Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus; *Luc.* 1 : 77. *Angloſaxonibus* cnapan. cunnan. *Alamannis* kennen / chennen. *Danis* kiende. *Iſlandis* kunna. *Anglis* know. *Belgis* kennen. κοννεῖν *Heſychio eſt* συνιέναι, ἐπίστασθαι, Intelligere, ſcire. *Eidem quoque Grammatico* κοννῶσι *exponitur* γινώσκουσι, Noverunt.

Λ Λ.

LAGG, Longus. NI WILDA LAGGA ƕEILAI: Noluit per multum tempus; *Luc.* 18:4. SWA LAGGA ƕEI-LA SWE MIÞ SIS HABAND BRUÞFAD: Quàm diu secum habent sponsum; *Marc.* 2:19. *Anglosax.* lanȝ. lonȝ. *Alam.* lang. *Cimbr.* ᚺᛁᚴᚠ. *Angl.* long. *Dan. & Belg.* lang. *Cæsar Scaliger exercitat.* CIII, § 4, *sicuti & Petrus Nunnesius in Grammatistice originem vocabuli desumptam volunt ex oblongâ figurâ Venabuli aut Lanceæ quam Græci* λόγχην *vocant. Vide interim numquid huc faciat quòd* λογγάζει *Hesychio exp.* ὀκνεῖ, διατρίβει, Pigrè atque ignavè rem gerit, procrastinat; *afferens itidem* λογγάζειν *pro* ἐνδιατρίβειν, Prolongare tempus. λαγγάζει *denique vel* λαγγεῖ *eidem Grammatico exponitur* ὀκνεῖ.

LAGJAN, Mittere, ponere, collocare. NI QAM LAGJAN GA-WAIRÞI AK HAIRU: Non veni mittere pacem, sed gladium; *Matth.* 10:34. NI SKULD IST LAGJAN ÞANS IN KAURBA-NAUN: Non licet eos mittere in corbanam; *Matth.* 27:6. SAIWALA MEINA LAGJA FAURA ÞIZ LAMBA: Animam meam pono pro ovibus; *Joh.* 10:15. & 13:37. LAGJIÞ JUS IN AUSONA IZ-WARA ÞIZ WAURDA: Ponite vos in auribus vestris sermones; *Luc.* 9:44. LAGJANDANS KNIWA INWITUN INA: Ponentes genua adorabant eum; *Marc.* 15:19. LAGIDA FIGGRANS SEINANS IN AU-SONA IMMA: Misit digitos suos in aures ejus; *Marc.* 7:33. LAGEI ÞANA HAIRU IN FODR: Mitte gladium in vaginam; *Joh.* 18:11. *Etiam* GALAGJAN *vel* AFLAGJAN *alibi sæpè pro simplici* LAGJAN *usurpantur. Anglosaxonibus* lecȝian. *Alamannis* leccan/leggan. *Cimbris* ᛚᛅᚴᛁᛅ. *Danis* legge. *Anglis* laie. *Belgis* leggen *est* Ponere, collocare. *Omnia videntur affinitatis aliquid habere cum Græco* λέγω, Cubo *vel* Cubare facio.

LAIBOS GABRUKO USNEMUN: Quod supererat de fragmentis, sustulerunt; *Marc.* 8:8. *Recurre ad ea quæ diximus in* AFLAIFNAN, Restare, relinqui, residuum esse.

LAIGWAN. BILAIGWAN, Lingere. HUNDOS BILAIGO-DEDUN BANJOS IS: Canes lingebant ulcera ejus; *Luc.* 16:21. *Anglosaxonibus* liccigan. liccian. liccan *est* Lingere, lambere. *Danis* licke. *Anglis* lick. *Belgis* lecken/licken. *Græcis* λείχειν. *unde &* λιχανὸς *iis dicitur* Digitus index, *quòd eum lingere soleant exploraturi cibos. Hebræis* לחך *est* Lingere.

LAI-

LAIKAN, Exultare. LAIKIÞ, Exultate; *Luc.* 6:23. LAI-LAIK BARN IN QIÞAU IZOS: Exultavit infans in utero ejus; *Luc.* 1: 41 & 44. *Vide quæ diximus in* BILAIKAN.

LAILOUN IMMA: Maledixerunt ei, convitiis ac probris insectati sunt eum; ἐλοιδόρησαν αὐτὸν. *Joh.* 9:28. *Libenter præbebo me credulum, si quis urgeat hoc verbum Gothicum aliquam habere affinitatem cum Anglosaxonico* læl, Vibex, livor, suggillatio. *Nemo enim nescit illam famæ nostræ læsionem quam* verbera linguæ (*quomodo Horatius vocat Acres increpationes*) *infligunt, probatis authoribus passim* Suggillationem *nuncupari; pereleganti sanè metaphorâ. Omnino hîc author fuerim Lectori ut adeat Vossii etymologicum Latinum in* Suggillare.

LAISJAN, Docere; *Matth.* 11:1. *Marc.* 4:1. 8:31. *Joh.* 7:35. LAI-SAREIS, Magister; *Matth.* 10:24. *Joh.* 13:14. LAISARIS, Magister; *Luc.* 6:40. WITODA LAISARJOS, Legis doctores; *Luc.* 5:17. LAISEINS, Doctrina; *Joh.* 7:16. LAISIÞS, Eruditus, quem aliquis docuit. UNUSLAISIÞS, Indoctus, quem nemo docuit. WAIRÞAND ALLAI LAISIDAI GUÞS: Erunt omnes à Deo edocti; *Joh.* 6:45. HAIWA SA BOKOS KANN UNUSLAISIÞS: Quomodo hic libros novit, cum non didicerit; *Joh.* 7:15. *Hinc Belgis* lesen *idem quod* in 't openbaer leeren/ Publicè in academiâ vel scholâ illustri legere, profiteri. lesse/ Prælectio professoris publici. *Anglosaxonibus* leſan *est* Legere, colligere. *item* Legere libros, meditari, studere. *Vide annotata nostra ad Tatiani* XVIII, 1.

LAISTJAN. AFARLAISTJAN, Sequi. NI MAHT MIK NU LAISTJAN. IÞ BI ÞE LAISTEIS: Non potes me modò sequi, sed postea sequeris; *Joh.* 13:36. SAEI WILI AFAR MIS LAISTJAN: Si quis vult me sequi; *Marc.* 8:34. QAÞ ÞAN ÞAIM AFAR-LAISTJANDAM: Dixit ad sequentes; *Matth.* 8:10. *Luc.* 1:3. 7:9. LAISTEI MIK: Sequere me; *Luc.* 9:59. LAISTEI AFAR MIS: Sequere post me; *Matth.* 8:22. *Ad investigandam verbi originem pertinet quòd in Anglosaxonico glossario R, paginâ* 9 & 28 læſtƿyrhta *exponitur* Caligarius. *rursus paginâ* 29, læſte, Calopodium vel mustricula. *paginâ denique* 75, læſt, Solum. *In Theotisco quoque glossario D,* 24 *legas*, Kalepodia, leist. quasi ligneus pes. *Danis* lest/ *Anglis* last/ *Belgis* leest *est* Mustricula, *i. lignea forma cui sutores calcearii superinducunt corium calcei consuendi. Ab hoc igitur* læſt, *quod veteribus* Modulum *vel* Mensuram pedis *denotabat*, fotlæſt *etiam accipi cæpit pro* Vestigio. fotlæſt *vel* ſƿaðu ðine ne beoð oncnaƿen:- Vestigia tua non cognoscentur; *Ps.* LXXVI, 19. *atque ita* LAISTJAN *propriè fuerit Insistere*

vestigiis ejus quem prosequendum imitandum've nobis proponimus.

𐌻𐌰𐌼𐌱𐌰 𐌽𐌹 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌽𐌳𐍉𐌽𐌰 𐌷𐌰𐌹𐍂𐌳𐌴𐌹𐍃: Oves non habentes pastorem; *Matth.* 9:36. 𐌸𐍉 𐌻𐌰𐌼𐌱𐌰 𐌹̈𐌽𐌰 𐌻𐌰𐌹𐍃𐍄𐌾𐌰𐌽𐌳: Oves illum sequuntur; *Joh.* 10:4. 𐌹̈𐌽 𐍅𐌰𐍃𐍄𐌾𐍉𐌼 𐌻𐌰𐌼𐌱𐌴: In vestimentis ovium; *Matth.* 7:15. 𐌷𐌰𐌹𐍂𐌳𐌴𐌹𐍃 𐌹̈𐍃𐍄 𐌻𐌰𐌼𐌱𐌴: Pastor est ovium; *Joh.* 10:2. 𐌱𐌹𐌻𐌴𐌹𐌸𐌹𐌸 𐌸𐌰𐌹𐌼 𐌻𐌰𐌼𐌱𐌰𐌼: Deserit oves; *Joh.* 10:12. *Anglosax.* lamb. *Alam.* lamb / lamp / lomb. *Dan.* lam. *Isl.* lamb. *Angl.* **lamb.** *Belg.* **lam.** *Sunt ex initialibus literis Græci* ἀμνὸς, Agnus, *præfixo L. sicuti Anglosaxonicum* læc, Medicus, *factum censent ex* ἀκέομαι, Sano, medeor. land, Arvum, solum, *ab* ἄνδηρον, Summitas vel extremitas rerum. *Latinum quoque* Lardum *vel* Laridum *putatur esse ab Aridum.* Labor *vel* Labos *ab* ἄπος, *quod Eustathius Euripidi usurpatum tradit pro* κάματος. Loligo *ab* ἴλος, *quod Galeno atque Hesychio exponitur* τὸ μέλαν τῆς σηπίας, Atramentum sepiæ.

𐌻𐌰𐌽𐌳 𐌱𐌰𐌿𐌷𐍄𐌰: Agrum emi; *Luc.* 14:18. 𐍅𐌰𐍃 𐌰𐌽𐌰 𐌻𐌰𐌽𐌳𐌴: Erat in agro; *Luc.* 15:25. 𐌹̈𐌿𐌳𐌰𐌹𐌰 𐌻𐌰𐌽𐌳: Judææ regio; *Marc.* 1:5. 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌸 𐌹̈𐌽 𐌻𐌰𐌽𐌳 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍂𐌰 𐍅𐌹𐍃𐌰𐌽𐌳𐍉: Peregrè profectus est in regionem longinquam; *Luc.* 15:13. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌹𐌳𐌰 𐌻𐌰𐌽𐌳𐌹𐍃: Abiit in regionem longinquam; *Luc.* 19:12. 𐌵𐌰𐌼 𐌹̈𐌽 𐌻𐌰𐌽𐌳𐌰 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰𐌼𐌼𐌰: Venit in patriam suam; *Marc.* 6:1. *Anglosaxonibus* land *est* Regio, terra, ager, solum, fundus. *Alamannis* lant. *Danis, Islandis, Anglis, Belgis* **land.** *Non longè abeunt à Poëtico* λήϊον *vel* λαῖον, Arvum segetum, campus segetibus vestitus. *Vide quoque quæ de hujus vocabuli origine attigimus in proximè præcedenti* 𐌻𐌰𐌼𐌱𐌰.

𐌻𐌰𐍄𐌾𐌰𐌽, Tardare, morari. 𐍃𐌹𐌻𐌳𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐍈𐌰 𐌻𐌰𐍄𐌹𐌳𐌴𐌳𐌹 𐌹̈𐌽𐌰 𐌹̈𐌽 𐌸𐌹𐌶𐌰𐌹 𐌰𐌻𐌷: Mirabantur quid detineret eum in templo; *Luc.* 1:21. *Anglosaxonibus* latan *vel* latiȝan *est* Tardare. ic latiȝe on rumene stope oððe ic elciȝe, Moror; *gr Ælfrici* xxv. deað na latað, Mors non tardabit; *Scintill.* LI. *Anglosaxonibus* læt *est* Serus, tardus, segnis. *Alamannis* laz. *Danis* lad. *Islandis* latur. *Anglis* **late.** *Belgis* **laet.** *Suspicabar aliquando* læt *videri posse desumptum ex* πλευταῖος, Ultimus, postremus. *alibi tamen Anglicum* **late** *derivavi à Dorico* λάθομαι *pro* λήθομαι. Oblitus sum, non memini; *quòd nulli seriùs injuncta sibi munia exsequantur, quàm qui mandatorum memoriam ex animo sibi patiuntur effluere.* Ovidius II *Fast. vers.* 225. *ubi agit de Corvo odiosè cessante & Apollinis jussa segniùs exequente,*

Immemor imperii sedisse sub arbore fertur,
Dum fierent tardâ dulcia poma morâ.

Digitized by Google

Neutra interim originatio satis placet, atque aliam requiro.

laþon, Vocare, ad se invitare. **ni qam laþon uswaurhtans ak frawaurhtans**: Non veni vocare justos, sed peccatores; *Matth.* 9:13. *Marc.* 2:17. *Luc.* 5:32. **beidands laþonais ïsraelais**: Exspectans consolationem Israël; *Luc.* 1:25. *& mox tmemate* 38; **allaim þaim usbeidandam laþon ïairusaulwmos**: Omnibus expectantibus redemtionem Jerusalem. *Hoc verbum retinuerunt Alamanni: passim etenim glossatoribus Theotiscis, Otfrido, Willeramo* laden *est* Vocare. lathot / gelathot / *item (quod in antiquiss. quoque monumentis legere memini)* gehlathot *est* Vocatus, evocatus. *atque adeò* hlathot *illud valdè videtur affine Græco* κληθεὶς. *Priscis certè* κ *ante* λ *frequenter commutabatur in aspirationem. ita Gothicum* **hlaiftus**, Fur, *est ex* κλέπτης. *Alamannicum* hlud *ex* κλυτὸς, Sonorus, clarus, argutus. hlinen *ex* κλίνειν, Recumbere, inclinare, inniti, *&c.*

laugnjan, Inficiari, negare, diffiteri. **laugnjandam allaim**: Negantibus omnibus; *Luc.* 8:45. **laugnida**, Negavit; *Marc.* 14:70. *Arbitror autem hanc verbi acceptionem promanasse ex antiquiore alia. nam* **laugnjan** *olim erat* Latere: *negamus enim quæ in publicum protrahi nolumus.* **ni mahta galaugnjan**: Non potuit latere; *Marc.* 7:24. **galaugnida**, Latuit; *Luc.* 8:47. **galaugnida sik**: Occultabat se; *Luc.* 1:24. **analaugn warþ**: Occultum est; *Marc.* 4:22. *Græcis* λοχᾷν *est* Insidiari, latere ad struendas insidias. λόχος, Insidiæ. *Alamannis* lougnen *est* Negare. *Belgis* loochenen. *de quibus nonnihil diximus in annotatis ad Tatiani* CLXXXVIII, 3.

lauda *postpositum Adverbiis aut Nominibus, videtur comparationem insinuare; quemadmodum in* **swalauda. samalauda. juggalauda** *videre est.* **swalauda melais miþ ïzwis was. jah ni ufkunþes mik**: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? *Joh.* 14:9. **ni ïn ïsraela swalauda galaubein bigat**: Non in Israël tantam fidem inveni; *Matth.* 8:10. *Luc.* 7:9. **frawaurhtai frawaurhtaim leihwand. ei andnimaina samalauda**: Peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia; *Luc.* 6:34. **ains sums juggalauþs laistida afar ïmma. biwaibiþs leina ana naqadana. jah gripun ïs þai juggalaudeis**: Unus aliquis adolescens sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & prehenderunt eum adolescentes; *Luc.* 14:51.

𐌲𐌰𐍃𐌴𐍈𐌿𐌽 𐌾𐌿𐌲𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌸 𐍃𐌹𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽: Viderunt juvenem ſedentem; *Marc.* 16: 5. 𐌾𐌿𐌲𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌳. 𐌳𐌿 𐌸𐌿𐍃 𐌵𐌹𐌸𐌰. 𐌿𐍂𐍂𐌴𐌹𐍃: Adoleſcens, tibi dico, ſurge; *Luc.* 7: 14.

𐌻𐌰𐌿𐍆, Folia; *Marc.* 11: 13. 𐌸𐌰𐌽 𐌿𐍃𐌺𐌴𐌹𐌽𐌰𐌽𐌳 𐌻𐌰𐌿𐌱𐍉𐍃: Quum enata fuerint folia: ὅταν ἐκφύῃ τὰ φύλλα. *Marc.* 13: 28. *Angloſaxonibus* læf. leaf *eſt* Folium. *Alamannis* loub / louf. *Cimbris* ᛚᛅᚢᚠ. *Danis* løff. *Anglis* leaf. *Belgis* loof. *Videtur poſſe referri ad* λωφᾶν, Reſpiro, interquieſco; *quòd patuli frondoſarum arborum rami flagrantiſſimi Solis ardorem gratâ umbræ ſuæ opacitate levent ac temperent. unde Maro* I V *Georg. verſu* 24.

Obviáq; hoſpitiis teneat frondentibus arbos.

Veriſimiliùs tamen eſt per non infrequentem literarum inverſionem factum eſſe ex tribus initialibus literis Græci φύλλον, Folium. *prorſus ut ex* φίλος *eſt* leof, Charus, amicus. *ex* θυμός, mod, Mens, animus. *ex* μέλος, lem *vel* lim, Membrum. *&c.*

𐌻𐌰𐌿𐌷𐌼𐍉𐌽𐌹 𐌻𐌰𐌿𐌷𐌰𐍄𐌾𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹: Fulgur coruſcans; *Luc.* 17: 24. 𐌲𐌰𐍃𐌰𐍈 𐍃𐌰𐍄𐌰𐌽𐌰𐌽 𐍃𐍅𐌴 𐌻𐌰𐌿𐌷𐌼𐌿𐌽𐌾𐌰 𐌳𐍂𐌹𐌿𐍃𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽 𐌿𐍃 𐌷𐌹𐌼𐌹𐌽𐌰: Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem; *Luc.* 10: 18. lauga / Flamma; *Kero.* radum lauginem / Rotis flammeis; *Hymn.* II, 3. laucſpiantaz / Flammivoma; *gl A*, 6. laucmedili / Fulmen; *gl A*, 24. laucmedili / Fulgura; *gl B*, 20. *Huc pertinent illa quæ mox annotamus in* 𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌳, Ignis.

𐌻𐌰𐌿𐌽; Merces, remuneratio, præmium. 𐌻𐌰𐌿𐌽 𐌽𐌹 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌹𐌸: Mercedem non habebitis; *Matth.* 6: 1. 𐍈𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌻𐌰𐌿𐌽𐌴 𐌹̈𐍃𐍄: Quæ vobis gratia eſt? *Luc.* 6: 32. *Angloſaxonibus* lean. *Alamannis* lon / loon / looth. *Cimbris* ᛚᛅᚢᚾ. *Danis* løn. *Iſlandis* laun. *vett Friſiis* læn. *reliquis Belgis* loon. *Olim videbantur mihi omnia hæc affinia eſſe Græco* λῆνος, Lana; *ut ſtatuamus priſcos illos mortales (pecoribus ante pecuniæ uſum abundantes) lanam ad veſtiendum ſe mercedis loco tribuiſſe iis qui ſtrenuam aliquâ in re navaverant operam. Quod ſi tamen hæc originatio videbitur longiùs petita, neſcio quid obſtet quò minùs vocabuli originem referamus ad* λύειν, Solvere; *quòd liberalioris præmii lautioríſq; mercedis oblatione ſolvamur omni nexu debiti quod contraxeramus: nam ab hoc etiam* λύω *viri docti deducunt Latinum* Luo, *uſurpatum eâ notione quâ dicimus* Luere æs alienum, delicta, pœnas.

𐌻𐌰𐌿𐍃, Liber, ſolutus, vacuus. 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌰𐌽𐌰: Dimiſerunt inanem; *Luc.* 20: 10. 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌹𐌳𐌰 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌰𐌽𐍃: Dimiſit inanes; *Luc.* 1: 53. 𐌹̈𐌽𐍃𐌰𐌽𐌳𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌷𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽: Dimiſerunt

Digitized by Google

ſerunt vacuum; *Marc.* 12:3. 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌵𐌹𐌸𐍂𐌰𐌽𐍃, Jejuni; *Marc.* 8:3. 𐌰𐌺𐍂𐌰𐌽𐌰𐌻𐌰𐌿𐍃, Fructuum expers; *Marc.* 4:19. *Similis quoque in aliis linguis particula, quibuſdam vocabulis per compoſitionem annexa, Privationem vel Defectum denotat. Angloſaxonibus* ſcomleaſ *eſt* Impudens. redeleaſ, Præceps. gymeleaſ, Negligens. egeleaſ, Impavidus. ſteoꝛleaſ, Indiſciplinatus. *&c. Alamannis* hulpilos / Inops. ſchaedlos / Damni expers. werloes / Cui nulla intentata eſt lis. fredloes / Proſcriptus. *&c. Cimbris* ᚢᚠᚱᛅᛁᛘᛅᚢᛋ, Securus. *Danis* ſindeløß / Amens. raadløß / Conſilii expers. kraftløß / Viribus carens. ſydeløß / Integer. ſkægløß / Imberbis. *&c. Anglis* wittleſſe / Amens, vecors. ſhameleſſe / Impudens. friendleſſe / Amicis deſtitutus. fatherleſſe / Patre orbatus. *Belgis* godloos / Impius. eerloos / Infamis. trouweloos / Infidus. eindeloos / Infinitus. *&c. Originem hujus* 𐌻𐌰𐌿𐍃 *refer ad ſequens* 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽.

𐌻𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Liberare, ſolvere. 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌴𐌹 𐌿𐌽𐍃 𐌰𐍆 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌿𐌱𐌹𐌻𐌹𐌽: Libera nos à malo; *Matth.* 6:13. 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌳𐌰𐌿 𐌽𐌿 𐌹̈𐌽𐌰: Liberet eum nunc; *Matth.* 27:43. 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐍃𐌹𐌳𐌰 𐌰𐍆 𐍃𐌹𐍃 𐌸𐍉𐍃 𐌽𐌰𐌿𐌳𐌹𐌱𐌰𐌽𐌳𐌾𐍉𐍃: Diſrupit à ſe compedes; *Marc.* 5:4. 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐍃𐌹𐌳𐌰𐌹𐌼 𐌿𐍃 𐌷𐌰𐌽𐌳𐌰𐌿 𐍆𐌹𐌾𐌰𐌽𐌳𐌴 𐌿𐌽𐍃𐌰𐍂𐌰𐌹𐌶𐌴: Liberatis de manu inimicorum noſtrorum; *Luc.* 1:74. *Angloſax.* lyſan. loeſan. *Alam.* loſen / arloſen. *Cimbr.* ᛚᛅᚢᛋᛅ. *Dan.* løſe. *Angl.* looſe. *Belg.* loſſen / verloſſen. *Græcis* λύειν, λῦσαι *eſt* Solvere.

𐌻𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽, Exigere, repetere. 𐌰𐍆 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐌽𐌹𐌼𐌰𐌽𐌳𐌹𐌽 𐌸𐌴𐌹𐌽 . 𐌽𐌹 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌴𐌹: Ab auferente quæ tua ſunt, ne repetas; ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σά, μὴ ἀπαίτει. *Luc.* 6:30. *Atque ita quoque verbum* 𐌻𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽 *Lucæ 3:13 accipiendum, monuit me doctiſſ. Tho. Mareſchallus. Vide Obſerv. ejus ad prædictum locum.*

𐌻𐌰𐌿𐌸. *Vide* 𐌻𐌰𐌿𐌳 *in compoſitione additum.*

𐌻𐌴𐌳𐍃. *Occurrit in* 𐌿𐌽𐌻𐌴𐌳𐍃, Pauper, mendicus.

𐌻𐌴𐌹𐌺, Caro, *item* Corpus, *ac denique etiam* Cadaver. Carnem *denotat Marc.* 10:8; 𐌸𐌰𐌽𐌰𐍃𐌴𐌹𐌸𐍃 𐌽𐌹 𐍃𐌹𐌽𐌳 𐍄𐍅𐌰. 𐌰𐌺 𐌻𐌴𐌹𐌺 𐌰𐌹𐌽: Deinceps non ſunt duo, ſed caro una. *Joh.* 7:63; 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐌻𐌴𐌹𐌺 𐌽𐌹 𐌱𐍉𐍄𐌴𐌹𐌸 𐍅𐌰𐌹𐌷𐍄: Caro non prodeſt quicquam. *Joh.* 8:15; 𐌾𐌿𐍃 𐌱𐌹 𐌻𐌴𐌹𐌺𐌰 𐍃𐍄𐍉𐌾𐌹𐌸: Vos ſecundùm carnem judicatis. *Luc.* 3:6; 𐌲𐌰𐍃𐌰𐌹𐍈𐌹𐌸 𐌰𐌻𐌻 𐌻𐌴𐌹𐌺𐌴 𐌽𐌰𐍃𐌴𐌹𐌽 𐌲𐍉𐌸𐍃: Videbit omnis caro ſalutare Dei. Corpus *denotat Matth.* 5:29; 𐌰𐌻𐌻𐌰𐍄𐌰 𐌻𐌴𐌹𐌺 𐌸𐌴𐌹𐌽: Totum corpus tuum. *Matth.* 6:25; 𐌽𐌹𐌿 𐍃𐌰𐌹𐍅𐌰𐌻𐌰 𐌼𐌰𐌹𐍃 𐌹̈𐍃𐍄 𐍆𐍉𐌳𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹. 𐌾𐌰𐌷

Digitized by Google

ΛGIK VΛSTGRM: Nonne anima plus eſt quàm eſca, & corpus quàm veſtimentum? *Luc.* 3:22; ΛGIKIS SIΠΠGI: Corporali ſpecie. *Matth.* 27:52; ΛGIKΛ ΨIZG ΛIΓΛΠδΛΠG VGIhΛIZG ΠKKISΠΠ: Corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt. Cadaver *denotat Marc.* 6:29; ΠSΠGMΠΠ ΛGIK ÏS: Tulerunt corpus ejus. *ubi codex Græcus habet* πτῶμα. *Angloſaxones tribus etiam modis accipiunt vocabulum* lic. Carnem *denotat apud Bedam hiſt. eccleſ. libro Quinto, cap.* 7. *ubi ſequentia venerabilis viri verba* Solutus eſt à carne, *hunc in modum reddit Rex paraphraſtes*, he pær ꝼꞃom lıce onlẏſeꝺ ⁊ ꝼoꞃðꝼeꞃeꝺ:· *In eximio quoque Cottonianæ bibliothecæ euangeliorum codice interlineato, ſicuti & in Ruſhworthiano Matth.* 26:41 *legimus*; þe ꝣaſꞇ ꝣeoꞃo ıſ. ꝥ lıc þonne ıſ unꞇꞃum. Spiritus promptus eſt, caro autem infirma. Corpus. *Iidem codices interlineati Matth.* 24:28; ſua hꝑæꞃ ſua bıð lıc. þıꝺꝺeꞃ ſomnıꝣað eaꞃneſ. Ubicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur aquilæ. *gr Ælfrici cap.* 9. *terminat.* 32; lıc oððe lıchama, Corpus. *gl Ælfrici, paginâ* 26; Corpus; lıc. æꝣðeꞃ ꝣe cuceſ ꝣe ꝺeaꝺeſ. Cadaver *vel* Funus. *Marc.* 6:29; hẏſ lıc namon, Cadaver ejus tulerunt. *nam ita legit codex collegii Benedicti, quod eſt Cantabrigiæ, pro eo quod alii codices habent* lıchamon. *gl Ælfrici, paginâ* 26; lıc oððe holꝺ, Cadaver. lıc oððe hꞃeap, Funus. *Alamanni, Cimbri, Dani, Belgæ priores duas acceptiones ignorant, tertiam agnoſcunt atque in frequenti uſu habent. Ad primam tamen ſecundámve ſignificationem videtur pertinere, quòd* Cicatrix *dicatur Belgis* **lick-teeken** / *quaſi dicas* Nota *vulneris in carne vel corpore, poſt plagam ſanatam, perdurans. de quo alibi. Quomodo verò ex* lıc *fecerint* lıchama *Angloſaxones, Franci, Belgæ, docuimus in annotatis ad Tatiani* XXVIII, 2. *ubi quoque incides in alia multa minimè aliena ab iis quæ hoc in loco ſtrictim breviterq; attigimus.*

ΛGIK. ΛGK, Medicus. ΛGIKIΠRΠ, Curari. ΛGIKIΠRΠ, Curare. ΠI ΨΛΠKBΠΠ hΛIΛΛI ΛGKGIS: Non opus habent ſani medico; *Matth.* 9:12. ΨΠ ΛGIKI hΛIΛGI ΨΠK SIΛBΛΠ: Medice, cura te ipſum; *Luc.* 4:23. ÏΠ ΛGIKGΛΠS FKΛUΛM ΛΛΛΛMMΛ ΛIhΠΛ SGIΠΛMMΛ: In medicos erogaverat omnem ſubſtantiam ſuam; *Luc.* 8:43. MΛΠΛΓ ΓΛΨΠΛΛΠδGI FKΛM MΛΠΛΓΛIM ΛGKGΛM: Multa perpeſſa à compluribus medicis; *Marc.* 5:26. ΛGIKIΠRΠ, Curari, ſanari; *Luc.* 5:15. ΛGIKIΠRΨ ΨΛΠS SIΠKΛΠS: Curate infirmos; *Luc.* 10:9. *Angloſax.* læc. *Alam.* lachi. *Cimbr.* ᛚᛁᚴᚾᛁ. *Dan.* læge. *Iſl.* lækuare. *Quidam contendunt Angloſaxones nomen hoc Medicis indidiſſe à ſuo* lac *vel* læc, Munus, donum; *quòd inſatiabilis medentium aviditas ingentibus plerumque muneribus inhiet. Notavit certè jam olim in medicis* Pli-

Digitized by Google

Plinius XXIX, 1 Avaritiam rapacésq; nundinas impendentibus fatis, & dolorum indicaturam, ac mortis arram, aut arcana præcepta, Squamam in oculis amovendam potiùs quàm extrahendam. per quæ effectum est ut nihil magis prodesse videretur, quàm multitudo grassantium: neque enim pudor, sed æmuli pretia summittunt, *&c. vide locum, & plura invenies quæ à gravissimo Scriptore dicuntur adversus Artem in quâ, conditione insidiosissimâ, authoritatem pessimis boni faciunt. Mihi videtur* lac *vel* læc *detruncatum ex* ἀκέομαι, Sano, medeor, *præfixo tantummodò L, sicuti factum videmus in* lam *vel* lamb, *ex* ἀμνός, Agnus. *in* lanδ, *ex* ἀνθηρόν, Summitas, extremitas rerum. *Quod si verò à priore etymologiâ non putemus discedendum, expediet tamen aliam ejus originationis afferre rationem. Sicuti enim Anglis* **midwife** *dicta est* Obstetrix, *quasi* **meedwife** / *à* **meed** / Præmium, merces; *quòd præmio vel mercede sit dignissima, ob utilem quam humano generi navat operam: ita quoque verisimile est* Medicum læc *dictum à* lac, Munus; *quòd sanitati pristinæ restitutos atque ab Orci limine revocatos æquum sit incolumitatis suæ authores luculentis præmiis remunerari.*

ΛЄΙΚΑΝ. ΓΑΛЄΙΚΑΝ, Placere. ΪΚ ΨΑΤЄΙ ΛЄΙΚΑΙΨ ΪΜΜΑ. ΤΑΝϨΑ SΙΝΤЄΙΝΩ: Ego quæ placita sunt ei, facio semper; *Joh.* 8:29. ΓΑΛЄΙΚΑΙδΑ ϨΑh ΜΙS: Visum est & mihi; *Luc.* 1:3. SΥΑ ΥΑΚΨ ΓΑΛЄΙΚΑΙΨ ΪΝ ΑΝδΥΑΙΚΨϨΑ ΨЄΙΝΑΜΜΑ: Sic placuit in conspectu tuo; *Luc.* 10:21. ΨΠ ΪS SΠΝΠS ΜЄΙΝS SΑ ΛΙΝΒΑ. ΪΝ ΨΠΖЄΙ ΥΑΙΛΑΓΑΛЄΙΚΑΙδΑ: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi; *Luc.* 3:22. *Anglosaxonibus* lician. gelician *est* Placere. *Alam.* lichan / gelichan. *Cimbr.* ᛅᛒ ᛘᛁᛚᛅ. *Angl.* like. *Belg.* lijken / gelijken.

ΛЄΙΚS. ΓΑΛЄΙΚS, Similis. SΙϨΑΠ ΓΑΛЄΙΚS ΪΖΥΙS: Ero similis vobis; *Joh.* 8:55. ΓΑΛЄΙΚS ΨΑΜΜΑ ΪST: Similis est ei; *Joh.* 9:9. ΓΑΛЄΙΚS ΪST ΜΑΝΝ ΤΙΜΡϨΑΝδΑΙΝ ΚΑΖΝ: Similis est homini ædificanti domum; *Luc.* 6:48, 49. ΚΑΖδΑ ΨЄΙΝΑ ΓΑΛЄΙΚΑ ΪST: Loquela tua similis est; *Marc.* 14:70. ΓΑΛЄΙΚΑΙ SΙΝδ ΒΑΡΝΑΜ: Similes sunt pueris; *Luc.* 7:32. ΘΙΛЄΙΚS ΪST SΑЄΙ: Qualis est hic; *Matth.* 8:27. ϨΑh ΝΙ SΥΑ SΑΜΑΛЄΙΚΑ ΥΑS ΥЄΙΤΥΩδΙΨΑ ΪΖЄ: Et ne sic quidem conveniens erat testimonium eorum; *Marc.* 14:59. ΝΙ ΓΑΛЄΙΚΩΨ ΨΑΙΜ: Ne similes estote illis; *Matth.* 6:8. ΓΑΛЄΙΚΩ ΪΝΑ ΥΑΙΚΑ FΚΩδΑΜΜΑ: Assimilabo eum viro sapienti; *Matth.* 7:24. *Anglosax.* lic. gelic *est* Similis. *Alam.* lih / Kilih. *Dan.* lig. *Angl.* like. *Belg.* lijk / gelijk. *Mericus Casaubonus originem vocabuli petendam putabat ex* ἀλίγκιος, Similis. *Dispice interim an non,*

per

per quandam literarum transpositionem, derivari possit ab εἴκελος, Similis.

λЄINA BIΓAIBIΨS ANA NAΓAΔANA: Sindone amictus super nudo; περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ. *Marc.* 14:51. **ΠSBΠΓGANΔS λЄIN**: Mercatus sindonem; ἀγοράσας σινδόνα. *Marc.* 15:46. *Sæpius laudatæ glossæ Rushworthianæ Matth.* 12:20; lín *vel* flæx ſmikende ne adpæſcet, Linum fumigans non exſtinguet. *pro quo Tat.* LXIX, 9; **lin riohhenti ni lestit.** *Græcis certè* λίνον *est* Linum. *Videntur autem veteres Lini vocabulo complexi, quicquid textrinæ aptum; sive id contusæ herbæ, vel frutices arboréſq; humanis usibus ministrabant. Anglosaxonibus* linen hpæȝl. linene clað *est* Linteum. linpæda, Linteamina. *Alamannis* **linnuuit lachan** *sunt* Linteamina. **linnen duch** / Lineus pannus. *Runico lexico paginâ* 31 ᛚᛁᚾ *exponitur* Lineum laneúmve cingulum. *Danis* **linnet klad** *est* Vestis linea. **linvæffuer** / Linteorum textor. *Anglis* **lint/linnen** / Linteum. **Linnen draper** / Linteorum institor. **Linnen weaver**/ Textor panni linei. *&c. Belgis* **lijn** *vel* **vlasch** *est* Linum. **lijnwaed** / **linnen** / Pannus lineus. **lijnwaedtier** / Negotiator lintearius. **lijnwever** / Linteorum textor. **lijnd** / **lind** / **lint** / Fascia, *ac propriè quidem linea*.

λЄIΘAN, Mutuare, fœnerari; *Matth.* 5:42. *Luc.* 6:34, 35. *Anglosax.* lænan. lihan. lendan. alendan. *Alam.* **lehen** / **lihen**. *Cimbr.* ᛚᛁ ᛘᛁᚠᛁ. *Dan.* **laane**. *Angl.* **lend**. *Belg.* **leenen**. *Hinc iisdem Belgis* **leen** *vel* **leengoed** *est* Prædium clientelare, ager feudalis. *Huc pertinet illud Theotisci glossarii D*, 22; Feodum, **len**. Feodalis, **len man**. *item illud glossarii J*, 15; Jus feodi, **leen recht**. *Runicum etiam lexicon* ᛚᛁᚾ *exponit* Feudum. *vide locum. Anglosaxonicum glossarium R*, 14; læn, Commodum. landeſ læn, Precarium. *ubi tamen priore loco pro* Commodum *restitue* Commodatum. *Ab hac interim vocabuli* læn *vel* len *acceptione etiam illa dicuntur Anglosaxonibus* læne, *quæ* Fragilia, caduca, transitoria, ac veluti momentanea *sunt*, *quæq; mortalibus à Deo non mancipio sed usu dantur. Ita passim occurrunt in monumentis Anglosaxonicis* læne popld. læne lif. læne lof. *&c. Cujus insignis metaphoræ vim ac rationem hunc in modum exponit rex Alvredus Soliloqu.* II; pe onȝeatan þ uſ pæſ ſpemde ⁊ lene þ ðæt pe ıupedon þ uſe aȝen pæſe:· Intelleximus nobis alienum esse & commodatum, quod putabamus nobis proprium esse. *Videtur interim* **lehen** *istud, per usitatissimam literæ* **g** *in* **h** *commutationem, esse ab illo* **legen** *quod* Ponere, collocare *significat: prorsus ut in illo poëtæ Venusini*;

Dives agri, dives positis in fœnore nummis.

Verba enim ponere *&* collocare *pertinuerunt olim ad rem trapeziticam, sicuti multis docuit Cl. Salmasius de Usuris, cap.* 7.

λЄI-

Digitized by Google

𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻, Parvus. 𐍅𐌰𐌷𐍃𐍄𐌰𐌹 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻 𐍅𐌰𐍃: Staturâ pusillus erat; *Luc.* 19:3. 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻, Minùs; *Luc.* 7:47. 𐌰𐍆𐌰𐍂 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻, Post pusillum; *Matth.* 26:73. 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻 𐌼𐌴𐌻, Modicùm; *Joh.* 13:33. 𐌽𐌰𐌿𐌷 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻 𐍈𐌴𐌹𐌻𐌰: Adhuc modicum tempus; *Joh.* 7:33. 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻 𐌽𐌰𐌿𐌷, Modicùm; *Joh.* 16:16. 𐌻𐌴𐌹𐍄𐌹𐌻𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃: Modicæ fidei; *Matth.* 6:30. 8:26. *Anglosax.* lytel. *Alam.* luzel/ luzzel/ luzzil. *Cimbr.* ᛚᛁᛏᛁᛚ. *Dan.* liden. *Isl.* litell. *Angl.* little. *Belg.* luttel. *Sunt valdè affinia Græco* λιτὸς, Simplex, tenuis, exilis. *Propiùs tamen accedunt ad* ἐλάσσων *vel* ἐλάττων, Minor.

𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽 *passim occurrit in compositis.* 𐌰𐍆𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽, Discedere; *Matth.* 7:23. 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽 𐌷𐌹𐌽𐌳𐌰𐍂 𐌼𐌰𐍂𐌴𐌹𐌽, Ire trans fretum; *Matth.* 8:18. 𐌷𐌹𐌽𐌳𐌰𐍂𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽, Præterire; *Luc.* 16:17. 𐌸𐌰𐌹𐍂𐌷𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽𐌳𐌰𐍃, Transiens; *Matth.* 9:19. 𐌿𐍆𐌰𐍂𐌻𐌰𐌹𐌸, Transfretavit; *Matth.* 9:1. 𐌿𐍃𐌻𐌴𐌹𐌸𐌰𐌽, Transire; *Matth.* 8:28. *& mox commate* 34; 𐌱𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌴𐌹 𐌿𐍃𐌻𐌹𐌸𐌹 𐌷𐌹𐌽𐌳𐌰𐍂 𐌼𐌰𐍂𐌺𐍉𐍃 𐌹̈𐌶𐌴, Rogabant ut transiret à finibus eorum. *Anglosaxonibus quoque* liðan. oferliðan. *&c. similiter accipiuntur. quemadmodum & Alamannicum* lithan. *de quo nonnihil diximus in annotatis ad gl A, 26; in* Antecessores. *ubi quoque monemus omnia hæc magnam habere affinitatem cum isthoc inusitato themate* ἐλεύθω, *unde pleraque tempora mutuatur* ἔρχομαι, Eo, venio. *Ab hoc interim* liðan *Anglosaxonibus* lade *est* Iter, profectio; *Cædmon* 33, 8. *&* 41, 4. scyplade, Navale iter; *Beda* III, 15. liflade, Vita, vitæ iter; *Reg. Benedicti cap.* 1. *Belgis quoque* lijde *est* Via, transitus. lijden/ Præterire, transire, præterlabi, *de tempore potissimùm usurpatur. unde* Tempus jam transactum ac præterlapsum *dicitur* verleden *vel* voorleden tijd. *atque inde quoque* overlijden *est* Mori. overleden/ Mortuus. *non tam à patiendo, quàm quòd è vitâ migrantes transeant ad solatia vitæ æternæ.* ᛚᛁᚦᚿᛅᛦ ᛁᚱᚢ ᛋᛏᚢᚿᛏᛁᛦ ᛚᛁᚠᛋ, Elapsæ sunt horæ vitæ; *Epicedium R. Lodbrog, Strophâ* 29.

𐌻𐌴𐌹𐌸𐌿 𐌽𐌹 𐌳𐍂𐌹𐌲𐌺𐌹𐌳: Siceram non bibet; *Luc.* 1:15. *Anglosaxonibus* liðe *est* Lenis, mitis, mollis, blandus. *Immo* lið *iisdem est* Poculum.

𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽, Linquere, sinere, mittere, permittere. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽, Dimittere. 𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐍃 𐍃𐍄𐌹𐌱𐌽𐌰 𐌼𐌹𐌺𐌹𐌻𐌰: Mittens vocem magnam; *Marc.* 15:37. 𐌻𐌴𐍄𐌹𐌸 𐌸𐍉 𐌱𐌰𐍂𐌽 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽 𐌳𐌿 𐌼𐌹𐍃: Sinite pueros venire ad me; *Marc.* 10:14. 𐌻𐌴𐍄𐌹𐌸 𐌸𐍉: Sinite eam; *Marc.* 14:6. 𐌽𐌹 𐌻𐌰𐌹𐌻𐍉𐍄: Non sinebat; *Marc.* 11:16. *Luc.* 4:41. 𐌻𐌰𐌹𐌻𐍉𐍄𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐍃: Dimiserunt eis; *Marc.* 11:6. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐍃 𐌹̈𐌽𐍃: Di-

Dimittens eos; *Marc.* 8:13. AFLETANDANS ÏNA GAÞLAUHUN ALLAI: Relinquentes eum fugerunt omnes; *Marc.* 14:50. AFLETAN, Dimittere uxorem; *Marc.* 10:4. AFLEITANA: Uxor à marito dimissa; *Luc.* 16:18. AFLETAN FRAWAURHTINS: Dimittere peccata; *Marc.* 2:7. *Luc.* 5:21. AFLEITAN FRAWAURHTINS, *Idem*; *Matth.* 9:6. AFLEIÞANDANS ALLATA: Relinquentes omnia; *Luc.* 5:11. *Quod postremum planè idem est cum illo* BILEIÞAN, *quod Argenteo codici passim est* Relinquere. *de quo suo loco. Anglosaxonibus* lætan *est* Sinere, linquere. *Alamannis* lazen. *Gall.* laisser. *Ital.* lasciare. *Anglis* let. *Belgis* laeten. *Danis* lade. *Cimbris* ᛚᛅᛏᛅ ᛚᛁᚠᛁᚦ *est* Vitâ privari, vitam linquere. ᚼᛅᚿ ᛚᛁᚿᚿᛁᚱ ᛁᚴᚴᛁ ᛅᚠ, Non desinit, non cessat. ᛚᛅᛏᛅ ᚦᛅ ᛅᚢᚿᛁᚦ ᚱᛅᚦᛅ, Fortunæ se committere. ᛅᚦ ᛚᛅᛏᛅ ᛋᛁᚢᚠᛅ ᛒᚱᛅᚱ, Demittere supercilia, *i. fronte caperatâ ac torviore vultu intueri. Putabam olim Alamannicum* lazen / Sinere, demittere, *affinitatis aliquid habere cum* χαλάω, χαλάσω, *quòd dimissuri aliquem laxare soleant nexum illum quo veluti adstrictus tenebatur: sed commodiorem aliam verbi* lætan *originationem quæro.*

LEWJAN. GALEWJAN, Tradere, prodere. LEWJANDS. GALEWJANDS, Traditor, proditor. SA LEWJANDS MIK ATNEHWIDA: Tradens me prope est; *Marc.* 14:42. *Joh.* 18:2. GALEWJAN, Tradere, prodere; *Joh.* 12:4. GALEWJANDS, Tradens, *item* Traditor, proditor; *Matth.* 27:3, 4. *Propriè verò* LEWJAN *vel* GALEWJAN *est* Offerre, exhibere, præbere. ÞAMMA STAUTANDIN ÞUK BI KINNU. GALEWEI ÏMMA JAH ANÞARA: Percutienti te in maxillam, præbe & alteram; *Luc.* 6:29. *Anglosaxonibus* belæƿan *est* Tradere, prodere. læƿa *vel* læƿend, Traditor, proditor. *Huc etiam pertinet Anglicum* allow / Exhibere, præbere. *Gall.* allouër. *quod Menagius factum vult ex* Allaudare; *quoniam simplex ejus non rarò sic accipitur. sed manifestè sunt originis Gothicæ. sicuti & Belgicum* leveren / Tradere, in potestatem dare aliis. *Unde verò usu venerit quòd* Tradere *sequiore sæculo accipi cœperit pro Prodere, ostendit etymologicum nostrum Anglicum in* Betray.

LIBAN, Vivere. ÏK LIBA: Ego vivo; *Joh.* 6:57. 14:19. NAUH LIBANDS: Adhuc vivens; *Matth.* 27:63. LIBANDS USSTIURIBA: Vivens luxuriosè; *Luc.* 15:13. LIBAINS, Vita; *Luc.* 11:25. *Joh.* 14:6. AIWEINO LIBAINS: Æterna vita; *Joh.* 17:3. AHMA ÏST SAEI LIBAN TAUJIÞ: Spiritus est qui vivificat; *Joh.* 6:63. *Anglosax.* libban. lyꝼian. lyꝼigan. lyꝼigean. *Alam.* leben. *Cimbr.* ᛚᛁᚠᛅ. *Dan.*

Digitized by Google

Dan. leffue. *Angl.* live. *Belg.* leven. *Quod attinet ad originem verbi; Gothicum* ΛϜΛΙϜΝΑΝ *& Anglosaxonicum* belıfan (*unde Alamannicum* biliban / *Danicum* bliffue / *Belgicum* blijven) *sunt* Remanere, supereſſe. *Græcis* λείπομαι, Sum reliquus, superſum. *atque inde fortè originem traxere* libban *&* lifian. *prorſus ut* περιεῖναι *ſunt* περιλείπεσθαι *Græcis eſt* Supereſſe, ſuperſtitem eſſe. *item* περιὼν *vel* περιλειπόμενος *eſt* Superſtes. *Latinis quoque* Superare *pro Supereſſe, ſicuti &* Superſtes *pari modo uſurpari notius eſt quàm ut multis moneri debeat.* laf oððe ofeꞃlibbende, Superſtes; *gr Ælfrici, cap.* 9, *terminat.* 26. *Eadem gramm. aliquantò ante, cap.* 24; ic beo to lafe, Reſto. *Vide plura in annotatis ad Tatiani* CCXXVI, 2.

ΛΙΓΛΝ, Jacére. ΨΙΠΜΛΓΠS ΜΕΙΝS ΛΙΓΙΨ ΪΝ ΓΛΚΑΛ ΠSΛΙΨΛ: Puer meus jacet in domo paralyticus; *Matth.* 8: 6 *&* 14. ΒΙΓΕΤΠΝ ΨΛΤΛ ΒΛΚΝ ΛΙΓΛΝΑΛ ΪΝ ΠΖΕΤΙΝ: Invenerunt infantem jacentem in præſepio; *Luc.* 2: 16. ΛΙΓΚ, Lectus; *Matth.* 9: 2. *Marc.* 4: 21. *Uſurpatur etiam* ΛΙΓΛΝ *pro* Poſitum eſſe *vel* Situm eſſe; *ut Græcis* κεῖσθαι. ΛΕΙΚΛ ΨΙΖΕ ΛΙΓΛΝΑΛΝΕ ΥΕΙΗΛΙΖΕ: Corpora dormientium ſanctorum; *Matth.* 27: 52. *Anglosax.* licgan. *Alam.* ligen. *Cimbr.* ᛚᛁᚵᚵᛁᛆ. *Dan.* ligge. *Angl.* lie. *Belg.* liggen. *Videri poſſunt deſumta ex* λέγομαι *pro* κοιμῶμαι, Cubo, jaceo, dormio. *unde fiunt* λέχος *&* λέκτρον, Lectus, cubile. *Alii tamen putant eſſe à* λήγειν, Ceſſare, deſinere, quieſcere. *Huc refer illud* leger *quod Belgis non modò* Luſtrum ferarum, *verùm etiam* Stratum *vel* Cubile hominis *denotabat. unde Heſychio* λαγεὸς *vel* λαγεῶν *exponitur* κράβϐατον, Grabbatulus. *Superſedeo plura congerere; quoniam fuſiùs de Anglosaxonico* legeꞃ *agunt annotata noſtra ad gl Lipſii, in* legerſtede.

ΛΙΓΚ, Lectus, cubile, *fuit in proximè præcedenti* ΛΙΓΛΝ, Jacere. *Omnino interim veriſimile eſt ad eandem quoque originem pertinere* ϜΙΛΙΓΚ *vel* ϜΙΛΕΓΚ, Spelunca: *ut* ϜΙΛΙΓΚ *dicatur quaſi* ϜΛΙΗΠΛΙΓΚ. *& nomen hoc acceperint Abactorum furúmq; antra temporibus antiquis, cùm præcipuæ potentiorum opes etiamnum in armentis gregibúſq; conſiſtebant, &* ϜΛΙΗΠ. feoh. fihu *primâ ſuâ ſignificatione adhuc denotabant* Pecus. *Atque ita* ϜΙΛΙΓΚ *nihil aliud fuerit, quàm Antrum vel Cubile pecudum abactarum. Exemplo eſt antrum celeberrimi illius Abigei, quem ob maleficia vocabant* Cacum; *prout Spelæum ejus deſcribunt Livius lib.* I *ab* U C. *Virgilius* VIII *Æneïd. Ovidius* I *Faſtorum. Propertius libro* V, *Eleg.* 10.

ΛΙϜΝΛΝ. *Vide* ΛϜΛΙϜΝΛΝ, Reſtare, ſupereſſe, relinqui.

ΛΙSΛΝ, Legere, colligere, congregare; *Luc.* 6: 44. ΝΙ SΛΙΛΝΑ

 ΝΙΗ

Digitized by Google

nih sneiþand. nih lisand in banstins: Non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea; *Matth.* 6:26. galisiþ þans gawalidans seinans af fidwor windam: Congregabit electos suos à quatuor ventis; *Marc.* 13:27. galisiþ þos aflif-nandeins drauhsnos: Colligite quæ supersunt fragmenta; *Joh.* 6:12. galesun sik du imma managei filu: Congregaverunt se ad eum turbæ multæ; *Marc.* 4:1. *Joh.* 11:47. *Anglosax.* lesan. alesan. *Alam.* lesen / ze samane lesen. *Belg.* lesen / t'saemen lesen. *Græcis* λέγειν & συλλέγειν *est* Legere, colligere.

Liþu, Artus, membra. ains liþiwe þeinaize: Unum membrorum tuorum; *Matth.* 5:29. *inde* uslιþa *est* Paralyticus; *Matth.* 8:6. & 9:2. *quasi dicas Membrorum suorum usu privatus, vel Membrorum expers. Anglosaxonibus* liþ. *Alamannis* lid. *Cimbris* ᛚᛁᚦ *vel* ᛚᛁᛏ. *Danis & Belgis* lid *est* Membrum. *Originem vocabuli petii aliquando à* κλείδω, Claudo; *propter aptam articulorum membrorúmq; compagem ac commissuram. Non leviter interim firmat hanc nostram conjecturam, quòd in monumentis Anglosaxonicis* hliþ *persæpè* Operculum *aut tale quid significet.* swa swa hlidd ðu awendest hig :· Sicut opertorium mutabis eos; *Ps.* CI, 28. he toawylte mycelne stan to hlide ðære byrigenne :· Advolvit saxum magnum ad ostium monumenti; *Matth.* 27:60. hlidgata, Valvæ; *gl R*, 29. seo wæs gewrisenlice gehlidad mid gelice stane :· Aptissimè tectum erat operculo similis lapidis; *Beda* IV, 19. *Manifestè igitur* hliþ, Operculum, & hlidan, Operculo tegere, *sunt à* κλειδόω. *nam* κ *initiale frequenter in aspiratam transire, pluribus alibi docemus exemplis. & quoniam membrorum articulorúmq; sibi mutuo immissorum juncturæ non obscurè referunt aptam operculorum valvarúmq; commissuram, hinc autumo vocabulum* hlid *vel* lid *concinnæ artuum compagi olim quoque tributum. neque obstat huic originationi vocum* liþ & liþ *orthographia, cum à* κλείω, Claudo, *etiam* κλεῖθρον, Claustrum *vel* Repagulum *dixerint Græci. Danis* lid *est* Claustrum. *Anglis verò* Operculum. *Vide etymologicum nostrum Anglicum in* lid.

Liuba sunus, Dilectus filius; *Marc.* 1:11. *Luc.* 3:22. *Anglosax.* leof. leofa. *Alam.* leib/ lief/ liof/ liobo/ liob/ liuber. *Belg.* lief. *Putantur per quandam primarum literarum transpositionem facta ex Græco* φίλος, Amicus.

Liugan, Ducere uxorem. liugaiþ, Ducit; *Matth.* 5:32. ni liugand. ni liuganda: Neque nubent, neque nubentur; *Marc.* 12:25. þai sunjus þis aiwis liugand jah liuganda: Filii hujus sæculi nubunt & traduntur ad nuptias; *Luc.* 20:34. qen liu-

𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐌹𐌳𐌰: Uxorem duxi; *Luc.* 14 : 20. 𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌰𐌽𐌸𐌰𐍂𐌰: Ducens alteram; *Luc.* 16 : 18. 𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌾𐌰𐌷 𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐌹-𐌳𐍉𐍃 𐍅𐌴𐍃𐌿𐌽: Uxores ducebant & dabantur ad nuptias; *Luc.* 17 : 27.

𐌻𐌹𐌿𐌲𐌽, Mendacium; *Joh.* 8 : 44. 𐌻𐌹𐌿𐌲𐌽𐌾𐌰, Mendax; *Joh.* 8 : 44 & 45. 𐌰𐍄𐍃𐌰𐌹𐍈𐌹𐌸 𐍆𐌰𐌿𐍂𐌰 𐌻𐌹𐌿𐌲𐌽𐌰𐍀𐍂𐌰𐌿𐍆𐌴𐍄𐌿𐌼: Cavete à falsis prophetis; *Matth.* 7 : 15. 𐌿𐍂𐍂𐌴𐌹𐍃𐌰𐌽𐌳 𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐍇𐍂𐌹𐍃𐍄-𐌾𐌰𐌹𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐍀𐍂𐌰𐌿𐍆𐌴𐍄𐌴𐌹𐍃: Exurgent pseudochristi & pseudoprophetæ; *Marc.* 13 : 22. 𐌽𐌹 𐍃𐌹𐌾𐌰𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐍃: Non eris falsus testis; *Marc.* 10 : 19. *Luc.* 18 : 20. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌰𐌹 𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲-𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌰𐌽𐌰 𐌹̈𐌽𐌰: Multi testimonium falsum dicebant adversus eum; *Marc.* 14 : 56. *Anglosaxonibus* leoȝan *est* Mentiri. leoȝeꞃe, Mendax. lyȝe, Mendacium. *Alamannis* liogan/ liugan *est* Mentiri. luginare/ Mendax. lugine/ Mendacia. *Cimbris* ᛚᚢᚴᚦ *sunt* Mendacia. *Danis* liuffue *est* Fingere, mentiri. løgn / Mendacium. løgnere / Mendax. *Islandis* ligð *vel* lygð *est* Mendacium. eg lyg/ Mentior. laug/ Mentitus sum. liuga/ Mentiri. *Anglis* lye *est* Mentiri. *Belgis* liegen. *unde* leugen *vel* logen *est* Mendacium. *quæ doctiss. Mericus Casaubonus non improbabiliter deducit à* λέγειν, *unde* λόγοι *Græcis sunt* Nugæ, fabulæ, mendacia. *Plures de origine hujus verbi conjecturas congessimus in annotatis ad Tatiani* XLI, I.

𐌻𐌹𐌿𐌳𐌹𐌸, Increscit, longius fit; μηκύνεται. *Marc.* 4 : 27. *Omnino huc pertinet illud* leotanter / Pullulans; *quod habet Alamannicum glossarium A*, 22. *ubi vide annotata.*

𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌳. 𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌸, Lux, lumen, φῶς, φέγγος. 𐌼𐌴𐌽𐌰 𐌽𐌹 𐌲𐌹-𐌱𐌹𐌸 𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌸 𐍃𐌴𐌹𐌽: Luna non dabit splendorem suum; *Marc.* 13 : 24. 𐌹̈𐌺 𐌹̈𐌼 𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌸 𐌼𐌰𐌽𐌰𐍃𐌴𐌳𐌰𐌹𐍃: Ego sum lux mundi; *Joh.* 8 : 12. 𐌹̈𐌺 𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌳 𐌹̈𐌽 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐍆𐌰𐌹𐍂𐍈𐌰𐌿 𐌵𐌰𐌼: Ego lux in mundum veni; *Joh.* 12 : 46. *Cambrobritannis* llûg *est* Lux. *Anglosaxonibus* leoht. *Alamannis* lioht. *Danis* liuß. *Islandis* lioos. *Anglis* light. *Belgis* licht. *Omnia habent aliquam affinitatem cum Græco* λύκη, Prima lux albescentis cœli ante Solis ortum. *Vide Macrobium* I *Saturnal. cap.* 17.

𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌳, Ignis. 𐍅𐌰𐍃 𐍅𐌰𐍂𐌼𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃 𐍃𐌹𐌺 𐌰𐍄 𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌳𐌰: Erat calefaciens se ad ignem; ἦν θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς. *Marc.* 14 : 54. *Quemadmodum euangelista vocabulum* φῶς, *quod propriè* Lucem *denotat, hoc in loco videtur transtulisse ad* Ignem, *propterea quòd luculenti foci flamma orientis Sideris instar discutiat nocturnas tenebras; ita quoque putarem celeberrimum Antistitem, exemplo contextûs Græci, vocabulum* 𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌳; *quod propriè* Lucem *denotabat*, *trans-*

Digitized by Google

transtulisse ad Ignem, *nisi crederem veteres Gothos peculiari quadam acceptione vocabulum* 𐌻𐌹𐌿𐌷𐌰𐌸 *usurpâsse de Igne. Siquidem non Anglosaxonibus tantùm* leȝ *vel* liȝ *est* Flamma. liȝræsc, Coruscatio. liȝet, Fulmen; *verùm etiam Islandis* loge, *& Alamannis (qui plerumque propiùs veteres Gothos exprimunt)* lauge *est* Flamma. *glossæ Keronis*; Flamma, lauga. *ubi vide annotata; sicuti & Observata ad Willerami paginam* 154. *Adi denique hasce nostras glossas Gothicas in* 𐌻𐌰𐌿𐌷-𐌼𐌿𐌽𐌹, Fulgur.

𐌻𐌹𐌿𐍃𐌰𐌽. 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌹𐌿𐍃𐌰𐌽, Perdere, pessumdare, destruere; *item* Perdere, amittere; *quoniam ea quæ amittimus, nobis quasi perierunt, usque dum recuperemus.* 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌹𐌿𐍃𐌹𐌸, Perdit; *Luc.* 15:8. 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌰𐌿𐍃𐌳𐌰, Perdideram; *Luc.* 15:9. 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌹𐌿𐍃𐌰𐌽𐌳𐍃, Perdens; *Luc.* 15:4. 𐍆𐍂𐌰-𐌻𐌿𐍃𐌰𐌽𐌰𐌽 𐌼𐌰𐍄 𐌽𐌹 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌹𐌸: Pereuntem cibum ne operamini; *Joh.* 6:27. 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌿𐍃𐌰𐌽𐍃 𐍅𐌰𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐌱𐌹𐌲𐌹𐍄𐌰𐌽𐍃 𐍅𐌰𐍂𐌸: Perierat & inventus est; *Luc.* 15:24. 𐍅𐌹𐌲𐍃 𐍃𐌰 𐌱𐍂𐌹𐌲𐌲𐌰𐌽𐌳𐌰 𐌹𐌽 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌿𐍃𐍄𐌰𐌹: Via quæ ducit ad perditionem; *Matth.* 7:13. 𐍃𐌰 𐍃𐌿-𐌽𐌿𐍃 𐍆𐍂𐌰𐌻𐌿𐍃𐍄𐌰𐌹𐍃: Filius perditionis; *Joh.* 17:12. *Anglosax.* losan. forleosan. forlysan. forleosan. *Alam.* forliosan / furliosen. *Angl.* leese / lose / loose. *Belg.* liesen / verliesen. *Videor mihi in his deprehendere vestigium aliquod Græci* ὀλέσαι *vel* ἀπολέσαι, Perdere. *Nisi fortè malis postremam verbi* forleosan *acceptionem referre ad* λιάζειν, Separare. λιάζεσθαι, Abscedere, secedere; *quoniam quoddam veluti divortium ad tempus est inter nos & res deperditas.*

𐌻𐌹𐌿𐍄𐌴𐌹, Dolus; *Marc.* 7:22. 𐌲𐌰𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌹𐌶𐌴 𐌻𐌹𐌿𐍄𐌴𐌹𐌽: Videns illorum versutiam; *Marc.* 12:15. 𐌻𐌹𐌿𐍄𐌰𐌽𐍃, Hypocritæ; *Matth.* 6:2, 5, 16. 𐌻𐌹𐌿𐍄𐌰, Hypocrita, *in vocandi casu*; *Luc.* 6:42. *Magnam cum hoc Gothico* 𐌻𐌹𐌿𐍄𐌰 *affinitatem habet Anglosaxonicum* lytiȝ, Astutus, callidus, vafer. ƿille ȝe ƿesan ƿrættiȝe oððe ðusendhiƿe. on leasunȝum lytiȝe? Vultis esse versipelles aut milleformes, in mendaciis astuti? *Colloqu. monachicum.* ða dieȝlan sætinȝa ðæs lyteȝan feondes. Occultæ insidiæ callidi hostis; *Pastoral.* XXI, 5. lytiȝnes, Astutia; *Past.* XXXV, 1. lytelic, Fallax; *Past.* XXXV, 5. lytelice, Vafrè; *Lupus serm.* III, 5. *Omnia descendunt ab aliquo verbo prisco, unde Belgæ habent suum* laeten / gelaeten / Gerere se hoc vel illo modo, apparere, videri, simulare. *unde iisdem Belgis* gelaet *est* Vultus, *quòd quivis eum pro arbitrio fingat & prout visum est componat. nam & Latinos plerique censent* Vultum *à Voluntate denominâsse; quòd eum homo qualem vult assumat. In grammaticâ Islandicâ Runolphi Jonæ Islandi, editâ Hafniæ* 1651, *etiam hæc sequentia invenio:* læt / Pono, simulo, me gero. *in Præterito habet* eg liet. *Infinitivus est* lata. *unde* læte *Islandis est* Gestus.

𐌻𐌿-

LOFAM. SLOHUN INA: Alapis cædebant eum; ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον. *Marc.* 14:65. GAF SLAHLOFIN: Dedit alapam; ἔδωκε ῥάπισμα. *Joh.* 18:22. GEBUN IMMA SLAHINSLOFIN: Dabant ei alapas; ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα. *Joh.* 19:3. *Cimbris* ᛚᚮᚠᛆᚱ *sunt* Volæ manuum; *Vide Runicum lexicon in* ᚠᚱᚢᛉᛉᚼ. ᛆ ᛚᚮᚠᛆ ᚱᛁᛋᛏᛆ, Volæ manus inscribere; *Idem lexicon in* ᚱᚢᚾᛆᚼ. *ubi & paullò post hæc sequentia legas*, ᛂᚠᛁᛚᛚ ᛏᚮᚠ ᚴᚾᛁᚠ ᛆᚠ ᛋᛏᛆᚠ ᛁ ᛚᚮᚠᛆ, Egillus sumpsit cultrum & adegit in volam manus.

LUDJA ÞEINA ÞWAH: Faciem tuam lava; *Matth.* 6:17. *Ab hoc* LUDJA *suspicor Francos retinuisse suum* anlucce *vel* anluzze / Vultus, facies. *quæ vide in annotatis ad Tatiani* XXXV, 2.

LUKAN. GALUKAN, Claudere. USLUKAN, Aperire. GALUKUN ÞATA HLAIW, Munierunt sepulchrum, *videlicet*, *Claudendo firmiter atque obsignando*; *Matth.* 27:66. GALUKANDS HAURDAI ÞEINAI: Claudens ostium tuum; *Matth.* 6:6. GALAUK IOHANNEN IN KARKARAI: Inclusit Johannem in carcerem; *Luc.* 3:20. USLUKAN AUGONA BLINDAIM: Aperire oculos cœcorum; *Joh.* 10:21. USLAUK AUGONA ÞAMMA BLINDIN: Aperuit oculos cœci; *Joh.* 11:37. USLUKNODA HIMINS: Apertum est cœlum; *Luc.* 3:21. USLUKNODEDUN IM AUGONA: Aperti sunt eorum oculi; *Matth.* 9:30. USLUKN, Adaperire, *modo Imperandi*; *Marc.* 7:34. USLUKANDS QIÞU: Aperiens vulvam; *Luc.* 2:23. USLUKANDS ÞOS BOKOS: Aperiens libros; *Luc.* 4:17. *& quoniam gladium educentes, eum in vaginâ reclusum veluti aperiunt*, USLUKAN HAIRU *est* Stringere gladium; *Marc.* 14:47. *Joh.* 18:10. *Anglosaxonibus* lucan *&* belucan *est* Claudere. utalucan, Excludere. unlucan, Aperire. *Alamannis* biluchan *est* Claudere. inne bilochan uuesan / Includi. piloh *vel* pilohnissi / Clausura. loch *vel* loh / Fovea vel spelunca cui aliquid includitur. *Danis* lucke *est* Aperire. *Islandis* liuka. *Anglis* lock. *Belgis* luycken. *Runico lexico* ᛚᚢᚴᛁᛚ *est* Clavis.

LUKARN, Lucerna; *Matth.* 6:22. *Marc.* 4:21. LUKARNASTAÞS, Candelabrum; *Matth.* 5:15. *Græcis* λύχνος *est* Lucerna.

LUSTUS, Concupiscentiæ. LUSTON, Concupiscere. SAEI SAIƕIÞ QINON DU LUSTON IZOS: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam; *Matth.* 5:28. LUSTUS INNATGAGGANDANS AFƕAPJAND ÞATA WAURD: Concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum; *Marc.* 4:19. LUSTONS ÞIS ATTINS IZWA-

Digitized by Google

VΛKIS VIΛGIΨ TΛNGΛN: Desideria patris vestri vultis facere; *Joh.* 8:44. *Anglosaxonibus* lurt *est* Desiderium, delectatio, voluptas, luxus. *Alam.* lust. *Dan.* lyst. *Belg. & Angl.* lust. *Origo horum videtur peti posse ex* λῷστος, λῷστος, Optimus; *quòd ea tantùm soleamus appetere quæ judicamus optima.* Quisque naturæ suæ paret, *inquit Seneca de Benef.* v, 9; à quâ ad charitatem sui compositus est: unde illi summa cura est nocitura vitandi, profutura appetendi. *Minimè interim hoc in loco prætereundum quòd vox* λύσσα *vel* λύττα, *quæ apud Græcos propriè de Caninâ rabie usurpatur, ad alios quoque majores atque impotentiores amoris iræ've affectus non rarò transferri solet: unde & vocem* lust *inde nonnulli malunt deducere. Vide interim an non huc etiam referri possit, quòd* λάσαι *Hesychio sunt* πόρναι, Scorta.

M Λ.

MΛΓΛN, Posse. NI MΛΓ UIMΛN: Non possum venire; *Marc.* 14:20. ΓRΛBΛN NI MΛΓ: Fodere non valeo; *Luc.* 16:3. ΓΛΛΛNBGΛTS ΨΛTEI MΛΓGΛN ΨΛTΛ TΛNGΛN: Creditis quòd possum hoc facere? *Matth.* 9:28. MΛΓT, Potes; *Matth.* 8:2. MΛΓ, Potest; *Matth.* 6:24. MΛΓNM, Possumus; *Marc.* 10:39. MΛΓNΨ, Potestis; *Matth.* 6:24. MΛΓNN, Possunt; *Matth.* 9:15. NI MΛhT ÏST ΓΛTΛIKΛN ΨΛTΛ ΓΛMEΛIΔΩ: Non potest solvi scriptura; *Joh.* 10:35. NI MΛhTΛ VΛS ΓΛΛEIKINΩN: Non poterat sanari; *Luc.* 8:43. MΛhTS, Potentia; *Matth.* 6:13. *Luc.* 1:35. 6:19. SΛ MΛhTEIΓΛ: Qui potens est; *Luc.* 1:49. GΛBΛI MΛhTEIΓ SIGΛI: Si fieri potest; *Marc.* 13:22. ΨΛTΛ ΠN-MΛhTEIGΩ ΛT MΛNNΛM. MΛhTEIΓ ÏST ΛT ΓΩΨΛ: Quod impossibile apud homines, possibile est apud Deum; *Luc.* 18:27. *Marc.* 10:27. *Anglosaxonibus* magan *est* Posse. *Alam.* magen. *Cimbr.* ΛΡ ΨΗΛ. *Isl.* ad meiga. *Dan.* maa. *Angl.* may. *Belg.* meugen/mogen. *Quod postremum valdè affine est Græco* μογεῖν, Difficultates magno cum labore superare. *Nisi fortè censeas rectiùs derivari à* μῆχος, *quod idem cum* μηχανή, Adminiculum, commentum, artificium adhibitum ad efficiendum quod volumus: *quotquot enim id genus adminiculis abundè sunt instructi, nemo eos negaverit desiderata expeditiùs ad exitum posse perducere.*

MΛΓΛΨ, Virgo; *Luc.* 1:27. MΛΓΛΨEI, Virginitas; *Luc.* 2:36. *Anglosax.* mæden. mæden man *est* Virgo. *Alam.* magad/magath. *Dan.* møe.

Angl.

Digitized by Google

Angl. maid/maiden. *Belg.* maged/maegd. *Aliquot ab hinc annis, occasione priscæ hujus orthographiæ inductus, videbar mihi deprehendere manifestissimam affinitatem inter Gothicum* 𐌼𐌰𐌲𐌰𐌸, *& Græcum* μέγεθος, Magnitudo, dignitas, majestas: *quòd magnam olim speciem, majorem dignitatem, maximam denique majestatem habuerit Virginitas: atque adeò, sicuti nos docet Servius ad versum* 601 *Sexti Æneïdos*, ignorantes usum Venereum, veteribus putabantur videre & Numina. *Notius adhæc est quàm ut multis firmari debeat, quantopere hanc Virginitatis dignationem in Vestalibus quondam suspexerint Gentiles.* Saluti publicæ dicata virginitas, *inquit Symmachus lib.* x, *epist.* 45, crescit merito, cùm caret præmio. *Complures quoque eximias Vestalium prærogativas, qui volet, petat ex Romanarum antiquitatum scriptoribus. Neque est quòd putemus eas Romæ tantùm habitas in honore, quum (ut de pluribus aliis populis nihil dicam) in ipsâ quondam Galliâ sacra quædam non nisi castissimis decerni solita sint; author est Spartianus in Pescennio Nigro. In virginibus verò Christo Domino dicatis tanti Virginitatem fecit Antiquitas, ut non veritus sit D. Hieronymus in sermone de Assumpt. affirmare;* Profectò in carne præter carnem vivere, non terrena vita est, sed cœlestis. unde in carne Angelicam gloriam acquirere, majoris est meriti, quàm habere. esse enim Angelum, felicitatis est; esse verò Virginem, virtutis: dum hoc obtinere nititur cùm gratiâ, quod habet Angelus ex naturâ. *Mirè interim firmat hanc nostram conjecturam, quòd Virgo tanti honoris nomen excelso constantiq; animo sustinens, Patribus nostris, voce merè Saxonicâ, dicebatur* hehstald, *q. d. in sublimi statu collocata. quemadmodum & Virginitas iis dicebatur* hehstaldhad. *Prius habet codex Cottonianus Matth.* 1: 23; heonu hehstald in hrif sceal habba. Ecce virgo in utero habebit. *Rushworthianus quoque Luc.* 1: 27; noma ðære hehstalde Maria. Nomen virginis Maria. *Posterius verò occurrit in utroque codice Luc.* 2: 36; ðios lifde mid wer hire winter siofune from hestaldhade hire. Hæc vixerat cum viro suo annis septem à virginitate suâ. *In opusculo denique de Peccatorum medicinâ, cap.* 15, hehstealde man & hæmed ceorl *opponuntur inter se. Vide plura in annotatis ad Tatiani* VII, 9.

𐌼𐌰𐌲𐌿𐍃, Puer; παῖς. *ita dicitur Jesus annos natus duodecim; Luc.* 2: 43. 𐌼𐌰𐌲𐌰𐌿, Fili; τέκνον. *in Vocandi casu, occurrit mox ejusdem capitis tmemate* 48. 𐌼𐌰𐌲𐌿𐌻𐌰, Puerulus; παιδάριον. *Joh.* 6: 9. *Hinc* 𐌸𐌹𐌿𐌼𐌰𐌲𐌿𐍃 *est* Famulus; *q. d. Servilis conditionis puer. quod vide suo loco.* mæg *interim vel* maga *in perantiquâ paraphrasi Cædmonianâ plerumque significat* Puerum *vel* Filium. *Alamannos quoque vocabulum hoc sic accepisse, patet ex illo* mage-zogo/ *quod gl D, 3 exp.* Pædagogus. *Aliàs arctissimæ plerumque propinquitatis nomen est. unde & in antiquissimis Anglosaxonum reliquorúmq; Septentrionalium monumen-*

 tis

Digitized by Google

tis Cognationis ferè nomen eſt: atque adeò ab hoc nexu ſanguinis tandem quoque tranſlata eſt vox ad arctiorem amicitiæ ſocietatíſq; humanæ neceſſitudinem. Ita gloſſator Cottonianus ter quatérve mæʒ *vel* meʒ *conjunxit cum* ꝼreonꝺ, *ut ſynonyma. Cimbris quoque* ᛘᛅᚠ *dicebatur* Socius. *Danis* magger. *Belgis* macker.

MAIHST, Fimetum, ſterquilinium. NIH DU AIRÞAI. NI DU MAIHSTAU FAGR IST: Neque in terram, neque in ſterquilinium utile eſt; οὔτε εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστι. *Luc.* 14: 35. *Belgis* Fimetum *dicitur* meſſie/ miſſie/ miſthoop/ meſthoop/ meſtput; *quòd eo ſtercorentur agri. Nam iiſdem quoque Belgis* 't land meſten *eſt* Agrum ſtercorare, pabulare agrum fimo.

MAISTS, Major; *Marc.* 9: 34. *Luc.* 9: 46. NAHTMAT WAURHTA ÞAIM MAISTAM SEINAIZE: Cœnam fecit Principibus ſuis; δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ. *Marc.* 6: 21. ÞAI MAISTANS GUDJANS, Pontifices, ſummi ſacerdotes. ἀρχιερεῖς. *Joh.* 19: 6. MAIZA *ſimiliter Matth.* 11: 11. *Joh.* 8: 53 *atque alibi quoque uſurpatur pro* μείζων. *Unde cuivis primo ſtatim intuitu liquere poteſt quantam affinitatem habeant* MAIZA *&* μείζων.

MAITAN, Concidere, conſcindere, præſecare. BIMAITAN, Circumcidere; *Luc.* 2: 21. *Joh.* 7: 22. BIMAIT, Circumciſio; *Joh.* 7: 22, 23. AFMAIT ÞO: Abſcinde illam; *Marc.* 9: 43. ASTANS MAIMAITUN US BAGMAM: Ramos cædebant de arboribus; *Marc.* 11: 8. AFMAIMAIT IMMA HAUBIÞ IN KARKARAI: Decollavit illum in carcere; *Marc.* 6: 27. USMAITADA, Excidetur; *Matth.* 7: 19. *Luc.* 3: 9. GAMAIDANS *ſunt* Debiles; *Luc.* 14: 13. *item* Confracti; *Luc.* 4: 18. *Cimbris* ᛁᚠ ᛘᛁᛒᛁ *eſt* Lædo. ᛅᛘᛁᛒᛅ, Illæſus. *Origo verbi* MAITAN *videtur poſſe referri ad illud* ἄμητος, Meſſis, *unde Latinum* Meto *deduxit Angelus Caninius, abjectâ literâ primâ; quomodo ab* ἀμέλγω *eſt* Mulgeo. *ab* ἀγρὸς, Rura *ſive* Rus. *Neque novum eſt (inquit Voſſius)* Meto *à verbali potiùs deduci, quàm verbo; cum* Fateor *ſimiliter factum ſit à* φατὸς, Statuo *à* στατὸς, Patior *à* πάθος.

MAIÞMS, Donum; *Marc.* 7: 11. *Idem vocabulum agnoſcunt etiam pervetuſta Angloſaxonum monumenta; in quibus tamen laxiore ſignificatu non modò* Inſigne aliquod donarium, *ſed &* Gazam *quandoque denotat. Ac primùm quidem Gothico iſti* MAIÞMS *egregiè reſpondet quòd in Angloſaxonicâ euangeliorum tranſlatione* maðmcyꞅꞇe *dicitur* Corbana. niꞅ hyꞇ na alyꝼeꝺ ꝥ ꝥe aꞃenꝺon hyꞇ on uꞃe maðmcyꞅꞇe: Non licet eos mittere in Corbanam noſtram; *Matth.* 27: 6. *Sed quemadmodum* maðmcyꞅꞇ *hoc in loco denotat* Arcam piis uſibus deſtinata includentem, *ita gloſſator ille qui nobilem Cottonianum codicem euangeliorum interlinea-*

Digitized by Google

neavit, maðmas *vocat* Vasa privatas cujusque opes adservantia. ƿaðo *vel* maðmas his of genimma. Vasa ejus diripere; *Matth.* 12:29. *atque eâ ferè notione Noachi arcam* maðmhorð *dixit Cædmon* 70, 19. *Quæ verò venerabili Bedæ dicuntur* Ornamenta, *i. res pretiosæ ad ornatum ac magnificentiam comparatæ, ea* maðmas *vocat rex Alvredus. Sequentia etenim verba*, Fidem suam, quæ omnibus ornamentis pretiosior est, amore pecuniæ perdere, *ita reddidit inclytus ille Rex*, his treoþe for feogytsunge ꝥ lufan forleoran. ƿeo þe dyrpurðre pæpe ꝥ mape eallum maðmum:- *Beda* II, 12. *Alium item locum*, Promisit se ei innumera & majora, quàm credi potest, ornamenta regia vel donaria in pretium pacis largiturum, *sic transfert Regia paraphrasis*; he him gebead pið his ribbe ꝥ gehet unrim maðma ꝥ cynelicra gyfena ma þonne ƿela manna gelyfan mæge:- *Beda* III, 24. maðmhus, Gazophylacium; *gl Ælfrici* 27. *pro quo* madmhus *scribit gl R*, 81 *&* 109. maðmhyrð, Præpositus *vel* Procurator ærarii; *Boëthius* XXVII, 4. *ubi quoque Regia paraphrasis liquidò testatur* maðmhyrdas *olim dictos* þe ꝥ feoh heoldon þe mon ðam ferdmonnum on geare sellan sceolde, Qui pecuniam curabant quæ militibus quotannis expendebatur. *Huc etiam facit illud Alamannici glossarii E*, 1; Exenia, **mathmas**. *ubi tamen* Exenia *scriptum pro* Xenia. *sic enim appellabant Munuscula quæ hospitibus atque amicis benevolentiæ ergo mittere solebant.*

MAIZA ALLAIM IST ATTA MEINS: Major omnibus est pater meus; *Joh.* 10:29. **MAIZA IMMA IST**: Major illo est; *Luc.* 7:28. *Vide quæ diximus in* **MAISTS**, Major.

MALAN, Molere. **TVAI VAIKVANA MALANDANS**: Duæ erunt molentes; *Luc.* 17:35. *Cambrobritannis* melin *est* Mola. *Anglosaxonibus* mylen. myln. *Alamannis* **mulen**. *Danis* **mølle**. *Anglis* **mill**. *Belgis* **molen/meulen**. *Græcis* μύλη *quoque pro* Molâ *usurpatur*; *licet peculiariter sic dicatur* Inferior lapis molæ: *sicuti* Lapis molæ superior, *authore Hesychio, nuncupatur* ὄνος. *Plura habet Vossii etymologicum Latinum in* Mola.

MALM, Arena. **GATIMRIDA RAZN SEIN ANA MALMIN**: Ædificavit domum suam super arenam; *Matth.* 7:26. **melm/** Pulvis; *gl Lipsii. vide quoque Tatiani* XLIV, 9. *Danis* **malm** *est* Metallum; *fortassè quòd ex arenâ & pulvere eruantur metalla.*

MALA, Ærugo; *Matth.* 6:19 *&* 20. *Hoc vitium metalli videtur affinitatis aliquid habere cum Danico* **malm/** Metallum. *quod etiam occurrit in Epicedio R. Lodbrog strophâ* 7; *adeò ut inde colligatur vocabulum* ᛘᛅᛚᛘ *vett Cimbris non fuisse incognitum. Fortassè quoque pertinet huc quòd Runico lexico* ᛘᛅᛚᛘ *exponitur*

Digitized by Google

tur Stipendium militis. ΛϷ ΡΛΚΡΛ Λ ΨΛΙΜ, Stipendio merere. *Veram interim vocabuli hujus originem petendam puto ex* 𐌼𐌰𐌻𐌰𐌽, Molere; *quòd Ærugo & Tinea (quæ inde quoque Theotiſcis* miliuua *dicitur) corrodant, conſumant, ac veluti in pulverem redigant quicquid corripuerint. Hanc etymologiam videtur firmare Francica verſio Tatiani* XXXVI, 1; ni curet iu triſuuen treſo in erdu / thar iz roſt inti miliuua furmalent. triſuuet iu treſo in himile / thar noh roſt noh miliuua iz ni furmelit. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terrâ, ubi ærugo & tinea demolitur: theſaurizate vobis theſauros in cœlo, ubi neque ærugo neque tinea demolitur.

𐌼𐌰𐌼𐌼𐍉𐌽, Divitiæ. 𐌽𐌹 𐌼𐌰𐌲𐌿𐌸 𐌲𐍉𐌸𐌰 𐍃𐌺𐌰𐌻𐌺𐌹𐌽𐍉𐌽 𐌾𐌰𐌷 𐌼𐌰𐌼𐌼𐍉𐌽𐌹𐌽: Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ; οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ. *Matth.* 6:24. Mamon Syriaco ſermone Divitiæ nuncupantur; *gl A*, 16. *Abundè multa de hac voce habent docti Commentatores in Novum fœdus. Hujus igitur Syriacæ acceptionis intuitu, Matthæi verba reddidit verſio Angloſaxonica*, ne maʒon ʒe Ᵹode ðeoƿian ⁊ ƿoruld ƿelan :· *Cottonianæ gloſſæ interlineatæ*, ne maʒu ʒie Ᵹode ʒeheƿa ⁊ dioble :· *Tatianus*, ni mugut ir Gote thionon inti uuerolt uuolun. *Atque ita* Mammon *Angloſaxonico interpreti & Tatiano denotaverit*, Divitias hujus ſeculi: *Cottoniano gloſſatori*, Diabolum, *i. e. Deum illum infernalem qui Paganis* Dis *vel* Pluto *nuncupabatur. Sacræ paginæ* Princeps hujus mundi, ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων. *Joh.* 14:30. *immo* Deus hujus ſeculi, ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. 2 *Cor.* 4:4. *Obſerva tamen Argenteum codicem non ubique ſervare Syriacum* Mammon, *ſed ejus loco aliquando uſurpare vocabulum merè Gothicum.* 𐍄𐌰𐌿𐌾𐌰𐌹𐌸 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐍆𐍂𐌹𐌾𐍉𐌽𐌳𐍃 𐌿𐍃 𐍆𐌰𐌹𐌷𐌿𐌸𐍂𐌰𐌹𐌷𐌽𐌰 𐌹̈𐌽𐍅𐌹𐌽𐌳𐌰𐌹𐌸𐍉𐍃: Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis; *Luc.* 16:9 & 11. *Quæ vox* 𐍆𐌰𐌹𐌷𐌿𐌸𐍂𐌰𐌹𐌷𐌽 *videtur mihi compoſita ex* 𐍆𐌰𐌹𐌷𐌿, Opes, divitiæ: & 𐌸𐍂𐌴𐌹𐌷𐌰𐌽, Premere, comprimere, elidere, affligere; *propter multiplices illas curas quæ acquirendas acquiſitáſq; opes comitantur. Horatius Carminum lib.* III, *Odâ* 16;

Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Majorúmq; fames ——

Propertius libro III, *Elegiâ* 6;

Ergo ſollicitæ tu cauſſa, Pecunia, vitæ es,
Per te immaturæ mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.

Proinde neque immeritò Patrimonia maximam humanarum ærumnarum materiam *dixit Seneca de Tranqu. animi, cap.* 8; *ac porro addit*; Nam ſi omnia alia quibus angimur compares, mortes, ægrotationes, metus, deſideria, dolorum laborúmq; patien-

Digitized by Google

patientiam, cum iis quæ nobis mala Pecunia nostra exhibet, hæc pars multum prægravabit. *Multiplices illas curas ac sollicitudines quibus dies noctésq; divorsim trahuntur animi & habendo & egendo & cupiendo ardentes, graphicè prorsus depingit Anglorum poëtarum princeps Edmundus Spencer lib.* II, *Canto* 7 *ardui operis quod inscripsit* the Faerie queene; *ubi abditum Mammonæ specum, horrendámq; coacervatorum in eo ac situ squallentium mucescentiúmq; thesaurorum faciem coràm veluti conspiciendam præbet. Tantis profectò ac tam efficacibus veræ vivæq; phantasiæ imaginibus omnes divini poëmatis partes præter cæteros implevit incomparabilis Artifex, ut existimatores docti atque intelligentes non inviti fateantur eum omnes Lectoris affectus in potestate suâ habere. Quisquis adhæc imagini huic Spencerianæ, ad quam Lectorem curiosum & Anglicæ linguæ peritum remittimus, coronidis loco adjecerit verba Doctoris gentium, acerbos pravæ cupiditatis fructus enumerantis, næ is plenissimè perspiciet incredibilia anxiæ mentis tormenta quæ miserrimos Mammonæ cultores sinè fine mordent, pungunt, pervellunt, lancinant, conficiunt. Verba divi Pauli, quæ Lectori ponderanda relinquo, occurrunt capite* VI, *paragraphis* 9 & 10, *epistolæ primæ ad Timotheum.*

𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲 𐌷𐌰𐍅𐌹: Multum fœnum; *Joh.* 6: 10. 𐌰𐍃𐌰 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌰: Messis multa; *Luc.* 10: 2. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌹𐍃𐍄𐍉𐌽𐍃 𐌼𐌰𐌷𐍄𐌴𐌹𐍃 𐌹̈𐍃: Plurimæ virtutes ejus; *Matth.* 11: 20. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌰𐌹, Multi; *Matth.* 7: 22. *Luc.* 1: 1. 𐌷𐌹𐌿𐌷𐌼𐌰𐌽𐍃 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌰𐌹: Turbæ multæ; *Luc.* 5: 15. 14: 15. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌰𐌹 𐌸𐌹𐌶𐍉𐍃 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽𐍃 𐌲𐌰𐌻𐌰𐌿𐌱𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌹̈𐌼𐌼𐌰: Multi de turbâ crediderunt in eum; *Joh.* 7: 31 & 40. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹 𐌷𐌰𐍂𐌾𐌹𐍃 𐌷𐌹𐌼𐌹𐌽𐌰𐌺𐌿𐌽𐌳𐌰𐌹𐍃: Multitudo militiæ cœlestis; *Luc.* 2: 13. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐍆𐌰𐌻𐌸, Multò plura; *Luc.* 18: 30. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌹𐌶𐍉, Abundantiùs; *Joh.* 10: 10. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌹𐌶𐍉 𐌹̈𐍃𐍄 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹𐌼 𐌸𐌰𐌹𐌼 𐍃𐌰𐌿𐌳𐌰𐌹𐌼: Plus est omnibus sacrificiis; *Marc.* 12: 33. 𐌽𐌹𐌱𐌰𐌹 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌹𐌶𐍉 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌹𐌸 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂𐌰𐌹𐌶𐍉𐍃 𐌲𐌰𐍂𐌰𐌹𐌷𐍄𐌴𐌹𐌽𐍃: Nisi abundaverit vestra justitia; *Matth.* 5: 20. *Anglosaxonibus* mænige. manige *sunt* Multi. *Alamannis* manige/ menige. *Danis* mange. *Anglis* many. *Belgis* menige. *Videri potest vox* manige *desumta ex* man/ Homo: *ac propriè de Hominum multitudine usurpata.*

𐌼𐌰𐌽𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺. 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺, Imago. 𐍈𐌹𐍃 𐌹̈𐍃𐍄 𐍃𐌰 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺 𐌾𐌰𐌷 𐍃𐍉 𐌿𐍆𐌰𐍂𐌼𐌴𐌻𐌴𐌹𐌽𐍃: Cujus est hæc imago & inscriptio; *Marc.* 12: 16. 𐌰𐍄𐌰𐌿𐌲𐌴𐌹𐌸 𐌼𐌹𐌺 𐍃𐌺𐌰𐍄𐍄. 𐍈𐌹𐍃 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌹𐌸 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺𐌰𐌽 𐌾𐌰𐌷 𐌿𐍆𐌰𐍂𐌼𐌴𐌻𐌰𐌹: Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem & inscriptionem? 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌻𐌴𐌹𐌺 *manifestè compositum est ex* 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰, Homo. & 𐌻𐌴𐌹𐌺𐍃, Similis; *quod fuit suo loco. Appendix Theotisci glossarii D, paginâ* 4; Statua, manlich. *Anglosaxonibus quoque* monlica *vel* manlica *denota-*

Digitized by Google

notavit Statuam. *Ita Cædmon* 55, 18. *ubi agit de uxore Loth mutatâ in statuam salis.* Se monlica. þ is mære spell. stille ƿunode. þær hie stranᵹ. beᵹeat ƿite. þæs heo ƿordum. ƿuldres ðeᵹna. hyran ne ƿolde:· Hæc statua, quæ celebris est historia, immota mansit ubi eam grave supplicium occupavit, propterea quòd verbis angeli obedire noluit. *& rursus* 78, 22. *ubi describit Nabucodonosoris impios conatus.* ðære burᵹe ƿeard. anne manlican. ofer metodes est. ᵹyld of ᵹolde. ᵹumum arærde:· Præses urbis statuam, præter Domini beneplacitum, idolum ex auro, hominibus erexit.

MANASEDS, Mundus; *Joh.* 12:19. 15:18. MANASEIÞS. *Joh.* 14:17. MANASEÞS. *Joh.* 7:7. 14:27. 16:20. *Videtur autem ita dictus hic Mundus, quòd eum Deus optimus maximus assignaverit mortalibus tanquam sedem propriam ac peculiarem. unde contendunt Ansibarii apud Tacitum Anal.* XIII, *cap.* 55; Sicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas; quæq; sint vacuæ, eas communes esse.

MANHUN, Nemo; *Marc.* 9:9. *Sæpiùs* MANNHUN *scribitur: quod vide.*

MANNA, Mel aëreum, manna. ATTANS UNSARAI MANNA MATIDEDUN ANA AUÞIDAI. SWA SWE ÏST GAMELIÞ. HLAIF US HIMINA GAF ÏM DU MATJAN: Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cœlo dedit iis manducare; *Joh.* 6:31. *In confesso est vocabulum hoc Hebraïcum esse, ac proinde ubique terrarum integrum servari. Multa de hoc aëreo melle generis utriusque, liquido nempe atque arido, accuratè propinquus meus Isaacus Vossius in Observat. ad Melæ lib.* III, *cap.* 7. *quem vide. Locum interim ex euangelio divi Johannis adductum, ita reddit eximius ille Cottonianæ bibliothecæ codex* MS *interlineatus*, fædro *vel* aldro usero manna ᵹebrecon *vel* ᵹeeton on ðæm uæstern. suæ uuritten is. hlaf *vel* fostrað of heofnum salde him eatta. *ubi nobilissimi codicis Glossator ad vocem* manna *in margine annotavit*, heofoncund mett. *i.* huíd corn sonuald for huætte cuom of heofnum 7 feoll on Moisi mid his folce on ðæm more þer he uæs:· Cœlestis cibus, hoc est, candidum granum teres pro tritico venit de cœlo & cecidit super Moisen populúmq; ejus in monte ubi erat.

MANNA, Homo; *Luc.* 20:9. ÏK MANNA ÏM: Ego homo sum; *Matth.* 8:9. MANNA GABIGS: Homo dives; *Matth.* 27:57. MANNA SUMS GODAKUNDS: Homo quidam nobilis; *Luc.* 19:12. SA MANNA NIST FRAM GUÞA: Hic homo non est à Deo; *Joh.* 9:16. MANS, Homines; *Matth.* 7:15. 8:27. HWANA MIK QIÞAND

MANS

Digitized by Google

MANS YISAN: Quem me dicunt homines esse? *Marc.* 8:27. **FIGANDA IZYIS MANS**: Oderunt vos homines; *Luc.* 6:22. *Anglosax.* man. mon. mann. monn. *Alam.* man. *Cimbr.* ᛘᛆᚿ. ᛘᛆᚿᛐᛆ. ᛘᛆᚦᚱᛆ. *Dan.* mand. *Isl.* madur. *Angl.* man. *Belg.* man. *Hujus vocabuli originem copiosè prosecuti sumus in annotatis ad Tatiani* CLXXIV, 5. *Vide quoque Anglicum etymologicum in* Man / Vir, homo.

MANNHUN, Nemo. **SAIΘ EI MANNHUN NI UIΨAIS**: Vide nemini dixeris; *Marc.* 1:44. 8:26, 30. **NI KARA ΨUK MANSHUN**: Non curas quemquam; οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός. *Marc.* 12:14. *Scribitur & MANHUN, Marc.* 9:9.

MANNISK, Homo. **FRIGΩDEDUN MAIS HAUHEIN MANNISKA. ΨAN HAUHEIN GΩΨS**: Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm gloriam Dei; *Joh.* 12:43. *Anglosax.* mennisc. *Alam.* mennisko / mennisch. *Dan.* menniske. *Belg.* mensch. *Nimirum* man *vel* mann *Anglosaxonibus est* Homo; *& in Multitudinis numero* men *vel* menn, Homines. *Ab hoc Plurali* menn *est* mennisc, Humanus, ad homines pertinens, ab hominibus proficiscens. *Invenitúrq; passim Adjectivè positum: quomodo* mennisc geþanc, *est* Humana mens. mennisc hand, Humana manus. mennisc fultum, Humanum auxilium. mennisc cynn, Humanum genus. *Atque adeò Patres nostri* Humanum genus *vel* Hominem *tam diu* mennisc cynn *nuncupârunt, donec tandem simplex* mennisc, *Substantivè acceptum, invaluit. Fusiùs hæc prosecuti sumus in Observatis ad Willerami paginam* 139.

MANYGAN. GAMANYGAN, Parare, præparare; *Luc.* 1:17 & 76. 9:52. *Joh.* 14:2. **MANYEID YIG FANINS**: Parate viam Domini; *Luc.* 3:4. **GAMANYEIΨ YIG ΨEINANA FAURA ΨUS**: Præparabit viam tuam ante te; *Matth.* 11:10. *Luc.* 7:27. **MANYGANDANS NATGA**: Componentes retia; *Marc.* 1:19. **GAUSTAUGANE MANYIDS**: Perfectè paratus; *Luc.* 6:40. **MEA IZYAR SINTEINΩ IST MANYU**: Tempus vestrum semper est paratum; *Joh.* 7:6. **GU MANYU IST ALLATA**: Jam parata sunt omnia; *Luc.* 14:17. **MANYEI ΘA DU NAHTMATGAN**: Ministra mihi quod manducem; *Luc.* 17:8. *Nescio an sit à* μάννος *vel* μάνος, *quomodo olim vocabant* περιτραχήλιον κόσμον, Monilia, segmenta, torques, & quicquid de collo in pectus propendet: *ut* **MANYGAN** *propriè olim usurpatum fuerit de molimine eorum, qui magno cultu instructi præparatíq; in publicum prodire satagunt.*

MAN-

MANVI, Sumptus. KAHNEIΨ MANVI ΨR HABAIN AN USTIUHAN: Computat sumptus quos habere oportet ad perficiendum; *Luc.* 14:28.

MAREI, Mare; *Matth.* 8:27. *Marc.* 4:41. *Cymræis* môr *est* Mare. *Anglosaxonibus* mere. *Alamannis* mere. *Belgis* maer / mer / meyr. *Olim deduxi à* μείρω, Divido. *juxta illud Horatii libro* I *Carm. Ode* 3;

Nequicquam Deus abscidit
Prudens Oceano dissociabili
Terras, si tamen impiæ
Non tangenda rates transiliunt vada.

Ita Græcum πέλαγος *viri docti deduxerunt à* פָּלַג, Dividere, separare. *vel à* פְּלַגָּה, Divisio; *quòd ingentia terrarum spatia pelago separentur ac dividantur. Cambrobritannicum* môr *fortassè detruncatum est à* μόρος, Exitium, interitus, fatum. *prorsus ut Ægyptiorum sacerdotes Mare vocabant Perniciem: quâ de re vide Kircheri Obeliscum Pamphil. libro* III, *cap.* 6.

MARISAIV, Stagnum; λίμνη. *Luc.* 8:23.

MARKAN. USMARKAN, Designare; *Luc.* 10:1. *Anglosaxonibus* mearc *est* Nota, signum, character. *Alamannis* march / merch. *Danis* mercke. *Anglis* mark. *Belgis* merck. *Cambrobritannicum* marc, Character, *Joh. Davies derivat ab Hebræo* מָרַק, Imprimere, inurere. *Fortassè quoque huc faciunt, quæ mox dicimus in sequenti* MARKOS.

MARKOS *sunt* Limites *vel* Termini alicujus regionis; *Matth.* 8:34. *Marc.* 5:17. 7:24 & 31. 10:1. *Istiusmodi limes regionis, à contiguâ ditione hac vel illâ notâ distinctæ, Anglosaxonibus dicitur* mearc. *Alamannis* gemerch / marcha lantes. *Cimbris* ᛘᛅᚱᚴ. *Gallis* marche. *Italis* marca. *Hispanis* comárca. *Belgis* marck. *Videntur per quandam literarum transpositionem desumta ex* τέκμαρ, Signum: *vel, quod magis huc facit, à* τέκμαρ *vetere Græcorum linguâ* Finem *vel* Terminum *denotante.* τὸ γὰρ τέκμαρ καὶ πέρας, *ut ait Aristoteles* I *Rhetoricorum*, ταὐτόν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν. *Cimbris interim* ᛘᛅᚱᚴᛅᛘᛁᚾᚾ *videntur* Latrones prædonésq; *dicti; quòd Sicarii maximè infestent limites regionum confinium. Prorsus ut* ᚢᛁᚴᛁᚾᚴᛁᛦ *iisdem Cimbris dicebatur* Pirata, *à* ᚢᛁᚴ, Sinus maris; *quòd in iis plerumque delitescerent piratæ à tempestatibus tuti, vel prædæ intenti. Vide Wormium paginâ* 269 *Danicorum monumentorum.*

MARZGAN. GAMARZGAN. AFMARZGAN, Scandalizare. GABAI AUGO ΨEIN MARZGAI ΨUK: Si oculus tuus scandalizat te; *Matth.*

Matth. 5:29. *Marc.* 9:43. SAÞAZUH SAEI GAMARZJAI AINANA ÞIZE LEITILANE: Quiſquis ſcandalizaverit unum ex his puſillis; *Marc.* 9:42. ÞATA RODIDA IZWIS EI NI AFMARZJAINDAU: Hæc locutus ſum vobis ut non ſcandalizemini; *Joh.* 16:1. AFMARZEINS GABEINS: Deceptio divitiarum; *Marc.* 4:19. *Anglo-ſaxonibus* myrran *eſt* Scandalizare. he ſetenc ðone blindan. þe ðone ungeſceadwiſan myrð. Is coram cœco ponit offendiculum, qui ſcandali occaſionem præbet non habenti lumen diſcretionis; *Paſtoral.* LIX, 6.

MATIBALGS, Pera; *Marc.* 6:8. *Luc.* 9:3. *Angloſax.* metbelig. *Danis* madpoſe. *Vox eſt compoſitionis manifeſtæ: à* MATS, Cibus; *&* BALGS, Bulga, ſaccus. *Danis quoque* mad *eſt* Cibus; poſe *verò*, Sacculus.

MATS, Eſca, cibus; *Joh.* 6:55. MATEINS, Cibi; *Marc.* 7:19. MATJAN, Manducare; *Marc.* 3:20. *Joh.* 6:31. MATIBALGS, Pera; *Marc.* 6:8. *Luc.* 9:3. UNDAURNIMAT, Prandium; *Luc.* 14:12. NAHTAMAT, Cœna; *Marc.* 6:21. *Luc.* 14:12. *Angloſax.* mæte. mete. met. *Alam.* muas/ muos. *Hiſp.* mueſo. *Cimbr.* ᛘᛅᛏ. *Dan.* mad. *Angl.* meat. *vett Belgis* moes. *Omnia hæc, ſi Mericum Caſaubonum audimus, deſumpta ſunt ex* ματτύη *vel* ματτύα, Lautitiæ, cibus delicatior. *Fortaſſè tamen non minùs commodè poſſunt deduci ex* μασᾶν *vel* μασσᾶν, Mandere, manducare. *vel ab illo* μάττυ, *quod vetuſtioribus olim Græcis* Edulem cibum *denotâſſe diſcimus ex Proœmio* δειπνοσοφιστῶν *ſcriptori præmiſſo. Dores interim, authore Etymologo, dicunt* μάδδα *pro* μάζα. *Suidas quoque teſtis eſt Megarenſes* τὴν μάζαν, *ſive* τροφὴν, *vocare* μάδδαν. *Theotiſcum tamen* muos *videri poteſt abſciſſum ex* μυττωτὸν, Pulmentum ex oleribus intritum ex allio, porro, caſeo, ovo, oleo, aceto. *Donatus in Terentii Phorm. Act.* II, *Sec.* 2 Alliatum moretarium *vocat. vide Joſ. Scaligerum in Moretum.*

MAÞA, Vermis; *Marc.* 9:44, 46, 48. *Angloſax.* maða. *Alam.* mado. *Cimbr.* ᛘᛅᚦᚴᚱ. *Dan.* maddick. *Iſl.* madkur. *Angl.* maggot. *Belg.* made/ mape. *quod poſtremum Kilianus derivat à* mapen / Metere, depaſcere: *ſed* mape *uſitatiſſimâ Belgis deflexione factum eſt ex* made. *quod ipſum tamen videri poteſt originem traxiſſe ex* μαδαρὸς *vel* μαδὸς, Lævis, glaber, depilis. *Rationem etymologiæ continet, quòd in quotidiano ſermone dicant Angli* as naked as a worm / *& Belgæ* so naeckt als een worm / *cùm innuere volunt aliquem eſſe Iro pauperiorem. quò etiam pertinet illud* γυμνότερος λεβηρίδος, *cujus meminere Heſychius & Suidas. Cæterùm ut vox* MAÞA *&* σκώληξ *hoc in loco uſurpantur de Conſcientiæ ſtimulis perpetuò recrudeſcentibus ac nunquam intermorientibus, ita quoque*

Digitized by Google

que Danis ſamvittigheds orm oc plage *de iiſdem perpetim vellicantis atque animum lancinantis conſcientiæ cruciatibus uſurpatur. Belgæ*, **den worm ſijnes geweetens knaeght hem onophoudelik.**

𐌼𐌰𐌸𐌻𐍃, Forum; *Marc.* 7:4. **𐍆𐌹𐌻𐌿 𐌽𐌹 𐌼𐌰𐌸𐌻𐌾𐌰 𐌼𐌹𐌸 𐌹𐌶𐍅𐌹𐍃**: Multa non loquar vobiſcum; *Joh.* 14:30. **𐌼𐌰𐌸𐌻𐌴𐌹𐌽 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌰 𐌽𐌹 𐌺𐌿𐌽𐌽𐌿𐌸**: Loquelam meam non cognoſcitis; *Joh.* 8:43. **𐍆𐌰𐌿𐍂𐌰𐌼𐌰𐌸𐌻𐌴𐌹𐍃 𐍃𐍅𐌽𐌰𐌲𐍉𐌲𐌰𐌹𐍃 𐍅𐌰𐍃**: Princeps ſynagogæ erat; *Luc.* 8:41. mæðlan *Cædmoni eſt* Sermocinari, cauſſam agere. meðel, Sermo. *item* Concilium. *Alamannis* mahal *eſt* Curia, concio. *Danis* mæle *eſt* Oratio. *Iſlandis* maal/ Sermo, loquela. *Huc etiam pertinet receptiſſima ſæculo ſemibarbaro vox* Mallus, *pro Conventu publico, vel Cætu hominum convocato ad tranſigendum de negotiis publicis. Forum igitur Gothis* **𐌼𐌰𐌸𐌻𐍃** *dictum à* **𐌼𐌰𐌸𐌻𐌾𐌰𐌽**, Loqui, ſermonem habere; *quòd olim in Foro cauſſas egerint & publicas de ſummâ rerum orationes habuerint. Quam ob cauſſam quoque* Forum *Angloſaxonibus dicebatur.* ſpræce, *à* ſprecan, Loqui. *Vide quæ annotavimus ad gl* C, 5. *in* Curia, mahal. *ubi quoque inveſtigamus originem vocis* Parlamentum.

𐌼𐌰𐌿𐌳𐌴𐌹𐌸. 𐌲𐌰𐌼𐌰𐌿𐌳𐌴𐌹𐌸 𐌹𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹𐍃: Suggeret vobis omnia; ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα. *Joh.* 14:26.

𐌼𐌰𐌿𐍂𐌲𐌹𐌳𐌰. 𐌲𐌰𐌼𐌰𐌿𐍂𐌲𐌹𐌳𐌰 𐌸𐌰𐌽𐍃 𐌳𐌰𐌲𐌰𐌽𐍃: Breviavit dies; ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας. *Marc.* 13:20.

𐌼𐌰𐌿𐍂𐌲𐌹𐌽𐍃 𐍅𐌰𐍃: Manè erat; *Joh.* 18:28. **𐌹𐌽 𐌼𐌰𐌿𐍂𐌲𐌹𐌽 𐍆𐌰𐌿𐍂𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃**: Manè tranſeuntes; *Marc.* 11:20. *item* 15:1. **𐌰𐍄𐌼𐌰𐌿𐍂𐌲𐌹𐌽 𐌸𐌰𐌽 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌽𐌰𐌽𐌰 𐍂𐌿𐌽𐌰 𐌽𐌴𐌼𐌿𐌽**: Manè autem facto conſilium inierunt; *Matth.* 27:1. *Angloſax.* mæꝛıȝen. meꝛıȝen. meꝛȝen. moꝛȝen. *Alam.* morgan. *Cimbr.* ᛘᚮᚱᚴᚢᚿ. *Iſl.* morgun. *Dan. & Belg.* mergen. *Angl.* morrow. *De vocabuli origine hæc habet Mericus Caſaubonus: Quis ad Græcorum verborum ſonos aures habet vel tantillum imbutas, qui cum audit ſolemne illud in omnium ore,* **good morrow**/ *non Græcos audire ſe putet* καλὴν ἡμέραν *dicentes? &c. Ego Angloſaxonicum* mæꝛıȝen *olim ſuſpicabar deſumptum ex* maꝛe *vel* mæꝛꝛe, Amplius; *quandoquidem Craſtinus dies, vel Manè craſtinum nihil eſt aliud quàm ſpatium vitæ ulterius adhuc, eoq; lucro apponendum. Ab hac etymologiâ non abludit illud Horatii lib.* I *Carm. Ode* 9;

Quid ſit futurum cras, fuge quærere; &
Quem ſors dierum cumque dabit, lucro
Appone —— *Obſerva interim quòd* **𐌼𐌰𐌿𐍂𐌲𐌹𐌽𐍃** *Gothis*

non

Digitized by Google

non tam Cras *denotat, quàm* Manè *sive* Tempus matutinum. *at Matth.* 6:30 ΓΙSΤΚΛΑΛΑΓΙS *est* Cras.

MΛΝΚΝΛΝ, Sollicitum esse, curis torqueri. ΝΙ ΜΛΝΚΝΛΙΨ: Ne solliciti sitis; *Matth.* 6:25, 31. *& mox tmemate* 27; ΘΛS ΪΖΥΛΚΛ ΜΛΝΚΝΛΝΛS ΜΛΓ ΛΝΛΛΝΚΛΝ ΛΝΛ ΥΛΗSΤΜ SΕΙΝΛΝ ΛΛΛΕΙΝΛ ΛΙΝΛ: Quis vestrûm sollicitè cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? *Videtur quoque verbum* murnan *ita usurpâsse Cædmon* 18, 14. *&* 74, 4. *atque adeò antiquissimæ hujus acceptionis intuitu* ΜΛΝΚΝΛΝ *&* murnan *videntur valdè affinia Græco* μεριμνᾷν, Curare, curæ habere. *quumque* murnan *aliquantò post Anglosaxones*, murnen *Alamanni*, mourn *Angli usurpaverint pro* Dolere, lugere, *crediderim posteriores verbum hoc à molestissimo sollicitudinum cruciatu ad quasvis alias mœrentis animi anxietates deflexisse. Ita post observamus* SΛΝΚGΛΝ *&* sorgan *olim accepta pro* Dolere; *at postea pro* Curare, curis macerari; *contra, quàm in* ΜΛΝΚΝΛΝ *videmus contigisse.*

ΜΛΝΚΨΚ, Cædes, latrocinium. ΜΛΝΚΨΚ ΓΛΤΛΥΙΑΕΛΝΝ, Homicidium fecerant; *Marc.* 15:7. ΜΛΝΝΛΜΛΝΚΨΚGΛ, Homicida; *Joh.* 8:44. ΜΛΝΚΨΚΛ, Homicidia; *Marc.* 6:21. ΝΙ ΜΛΝΚΨΚGΛΙS, Non occides; *Matth.* 5:21. Cædes *vel* Homicidium *Anglosaxonibus dicitur* morð. morðor. morður. *Belg.* moord. *Angl.* murder. *Gall.* meurtre. *Complures interim viri summi jam olim observârunt maximos quosque Septentrionis legislatores* mordri *&* murdri *vocabula variè (pro ratione nimirum sibi peculiaris dialecti) in legibus Latinis adhibuisse; unde postea plures quoque Europæi voces easdem deprompsisse atque in vernaculum sibi sermonem transtulisse judicantur. Quamvis & ab antiquissimâ Cymræorum sive Cambrobritannorum linguâ receptam hanc Homicidii appellationem desumptam putet Jo. Davies, quem vide in* Murn *&* Murndwrn.

ΜΛΥΙ, Puella; *Matth.* 9:24 *&* 25. *Marc.* 5:42. 6:28. ΜΛΥΙ *in Vocandi casu*; *Luc.* 8:54. *pro quo legas* ΜΛΥΙΛR, *Marc.* 5:41. ΘΛΨ ΨΙΝΔΛΝS ΔΝ ΨΙΖΛΙ ΜΛΥGΛΙ: Dixit Rex puellæ; *Marc.* 6:22. *& mox ejusdem capitis commate* 28; ΛΤΓΛΒ ΪΤΛ ΨΙΖΕ ΜΛΝGΛΙ: Dedit illud puellæ. *Danis* møe *est* Virgo. *Islandis* mey / Virgo. meyar / Virgines.

ΜΕΙΝS, Meus; *Marc.* 15:34. *Luc.* 9:35. ΛΗΜΛ ΜΕΙΝS: Spiritus meus; *Luc.* 1:47. SΛΙΥΛΛΛ ΜΕΙΝΛ: Anima mea; *Luc.* 1:46. ΛΙΨΕΙ ΜΕΙΝΛ: Mater mea; *Luc.* 8:21. ΛΛΛΛ ΨΛΤΛ ΜΕΙΝ ΨΕΙΝ ΪSΤ: Omnia mea tua sunt; πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι. *Luc.* 15:31. *Joh.* 17:10.

17:10. ҍⲀN MЄINS: Dominus meus; *Luc.* 16:3. ⲀTTⲀ MЄINS: Pater meus; *Joh.* 8:28. 10:29.

MЄⲖ, Tempus, χρόνος. MЄⲖ ⲇⲚ ⲂⲀIⲔⲀN: Tempus pariendi; *Luc.* 1:57. ÏN STIⲔⲀ MЄⲖIS: In momento temporis; *Luc.* 4:5. SVⲖⲖⲀⲚⲇ MЄⲖIS MIΨ ÏZVIS VⲀS: Tanto tempore vobiscum fui? *Joh.* 14:9. ΘⲀN ⲖⲀГГ MЄⲖ ÏST: Quantum temporis est? *Marc.* 9:21. MЄⲖⲀ ⲖⲀГГⲀ, Tempore multo; *Luc.* 8:27. ⲂⲀⲔNIⲖⲈNⲀ. NⲀNh ⲖЄITIⲖ MЄⲖ MIΨ ÏZVIS ÏM: Filioli, adhuc modicùm vobiscum sum; *Joh.* 13:33. MⲀNⲀГ MЄⲖ ҍⲔⲀVⲀⲖV ÏNⲀ: Multis temporibus arripiebat illum; *Luc.* 8:29. ⲚZⲚh ΨⲀMMⲀ MЄⲖⲀ: Ex hoc; *Joh.* 6:66. MЄⲖ, Tempus, καιρός. MЄⲖ MЄIN: Tempus meum. ὁ καιρὸς ὁ ἐμός. *Joh.* 7:6 & 8. ⲚSҍⲚⲖⲖNⲈⲇⲀ ΨⲀTⲀ MЄⲖ: Impletum est tempus. πεπλήρωται ὁ καιρός. *Marc.* 1:15. ⲚⲚ ÏN ΨⲀMMⲀ MЄⲖⲀ: Nunc in tempore hoc. νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. *Marc.* 10:30. ҍⲀⲚⲔ MЄⲖ: Ante tempus. πρὸ καιροῦ. *Matth.* 8:29. ⲀT MЄⲖ: In tempore. τῷ καιρῷ. *Marc.* 12:2. ÏN MЄⲖⲀ: In tempore. ἐν καιρῷ. *Luc.* 20:10. ⲇⲚ MЄⲖⲀ ГⲀⲖⲀⲚⲂЄGⲀNⲇ: Ad tempus credunt. πρὸς καιρὸν πιστεύουσι. *Luc.* 8:13. ⲀҍSTⲈΨ ҍⲀIⲔⲔⲀ ÏMMⲀ ⲚⲚⲇ MЄⲖ: Recessit ab illo usque ad tempus. ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ. *Luc.* 4:13. *Valdè affine est Græco* μέλλειν, *prout scriptoribus Græcis* ὁ μέλλων χρόνος *est* Futurum tempus.

MЄⲖⲀ, Modius; *Marc.* 4:21. *Non ita longè recedit à Græco* μόδιος, *si consideremus* Δ *frequenter in* Λ *transire, ac plurima istius commutationis exempla producere viros longè doctissimos, qui scripserunt de Literarum permutatione. Videntur interim Anglosaxones eandem quoque vocem usurpâsse de Vase continente vinum vel alia quævis liquida.* mele, Patera. melar, Karchesia; *gl R*, 24. pæteŋmæle, Pelvis; *gl Ælfrici* 26.

MЄⲖGⲀN. ГⲀMЄⲖGⲀN, Scribere; *Marc.* 10:4. *Luc.* 1:1 & 3. *item* 2:1. MЄⲖIⲇⲀ, Scripsit; *Luc.* 1:63. ÏⲇⲇGЄⲇNN ⲀⲖⲖⲀI ЄI MЄⲖIⲇⲀI VЄSЄINⲀ: Ibant omnes, ut describerentur; *Luc.* 2:3. ГⲀMЄⲖЄI. MЄⲖЄI, Scribe; *Luc.* 16:6, 7. ГⲀMЄⲖIΨ ÏST: Scriptum est; *Matth.* 11:10. *Marc.* 1:2. GⲀINIS MЄⲖⲀM NI ГⲀⲖⲀⲚⲂЄIΨ: Illius scriptis non creditis; *Joh.* 5:47. ГⲀMЄⲖЄINS, Scriptura; *Joh.* 7:38. ΨⲀTⲀ ГⲀMЄⲖIⲇⲈ, Quod scriptum est, scriptura; *Joh.* 10:35. *item* 17:12. MЄⲖⲀ NI MⲀhT ГⲈΨS NI ⲔⲚNNⲀNⲇⲀNS: Scripturas nec potentiam Dei scientes; *Marc.* 12:24. *Luc.*

Luc. 4:21. **ufarmeleins**, Inscriptio; *Marc.* 12:16. **ufarmeli**, Titulus; *Marc.* 15:26. **gilstrameleins**, Indictio *vel* Descriptio tributi; *Luc.* 2:2. *Maximam habet hoc verbum affinitatem cum Græco* μέλαν, Atramentum.

mena, Luna; *Marc.* 13:23. *Anglosaxonibus* mona. *Alamannis* mane. *Danis* maane. *Anglis* **moon**. *Belgis* **maen**. *Græcis* μήνη, *& Doricè* μάνα.

menaþ. **menoþ**, Mensis. **menaþs fimf**: Menses quinque; *Luc.* 1:24. **menoþs þrins**: Menses tres; *Luc.* 1:56. *Anglosaxonibus* monað. *Alamannis* maneth/ manod. *Cimbris* manaþ. *Danis* maaned. *Islandis* maanadur. *Anglis* **moneth**. *Belgis* **maend**. *Græcis* μὴν *est* Mensis. *quod à* μήνη, Luna; *nihil enim aliud est Mensis, quàm mensura curriculi lunaris.*

merjan, Prædicare; *Matth.* 11:1. *Marc.* 5:20. *Luc.* 4:19. **wailamerjan**, Euangelizare; *Luc.* 1:19. 4:43. **merida wesun alla þo waurda**: Divulgabantur omnia hæc verba; *Luc.* 1:65. **meriþa**, Rumor, fama; *Marc.* 9:26. *Luc.* 4:14. *Alamannis* maren *est* Diffamare, divulgare. maara *vel* marida / Rumor, fama. *vide Observata nostra ad Willerami paginam* 99. *Belgis* **maere** *est* Rumor, celebritas famæ. **ver-maerd** / Celebris. *Anglosaxonibus quoque* ȝemæred beon *est* Divulgari. *Propriè tamen* mara *vel* mære *iis est* Magnus. mærre, Major. mærist *vel* mæst, Maximus. *unde &* mære *exp.* Celeber *in Ælfrici grammaticâ cap.* ix, *terminat.* 18. mære man, Vir illustris; *Beda* I, 13. IV, 28. V, 10. wid mære wer, Vir latè celebris; *Cædmon* 36, 25. 56, 19. mærista hlisa, Celeberrima fama; *Beda* II, 13. Machabeus se mæra Godes cempa, Machabæus inclytus ille miles Dei; *Ælfricus de veteri testamento, pag.* 23. mærsian, Magnificare, celebrare; *Beda* V, 22. him to mærðe, In suam gloriam; *Cædmon* 37, 16. *Cimbris* mærþ *est* Carmen encomiasticum. at mæra, Carmine celebrare. *vide Egilli Skallagrimi epinicium Classis primæ Strophâ* 2. *Ad ea interim quæ de* **merjan** *diximus, videtur etiam referri posse illud* **usmernoda**, *quod occurrit Luc.* 5:15; **usmernoda þan þata waurd mais bi ina**: Magis igitur pervasit sermo iste de illo.

mes, Discus, patina; *Marc.* 6:25 *&* 28. *Anglosaxonibus* mese *vel* myse *est* Mensa. *Alamannis* **mias**; *ita Kero.* *Varroni* Mensa, *dempto N, dicitur* Mesa; *à* μέσος, Medius, *quòd in medio poneretur. Vide Vossii etymologicum Latinum in* Mensa. *Fortassè quoque non malè huc referas Anglicum* **messe** / Ferculum. *quomodo Anglis* **a messe of pottage or porredge** *est* Ferculum jurulentum: *nisi*

putes **meſſe** *factum ex illo* Miſſus, *quod de Cibis in menſam illatis uſurpavit ſæculum ſemibarbarum. Vide etymologicum noſtrum Anglicum in* **Meſſe** / Ferculum. *Angloſaxones* ſanð *dicebant.* ſanð *vel* eſtmete, Daps; *gr Ælfrici, cap.* ix, *terminat.* 54. *item gl Ælfrici, pag.* 21. ſanð *vel* piſta, Dapes, fercula; *gl R*, 30. twa geſoðene ſyflian ſanða, Duo cocta pulmentaria; *Regulæ Benedicti interlin. cap.* 39.

MESA SKATGANE USVAATIDA: Menſas nummulariorum evertit; *Marc.* 11:15. *Vide proximè præcedens* MES.

MIDGA, Medius. ÞAIRHGAGGANDS ÞAIRH MIDGANS ÏNS: Tranſiens per medium illorum; *Luc.* 4:30. ÞAIRH MIDGA SAMARIAN: Per mediam Samariam; *Luc.* 17:11. ÏN MIDGAIM LAISARGAM: In medio doctorum; *Luc.* 2:46. 4:35. 6:8. UR-REIS ÏN MIDUMAI: Surge in medium; *Marc.* 3:3. ÏN MIDUMAI ÞAURNIVE: In medio ſpinarum; *Luc.* 8:7. *Angloſaxonibus* on myðdan *eſt* In medio. *Alamannis* in mittan. *Cimbris* I ΨIÞIN ✱ΠHIN *eſt* In mediâ domo. ΨIÞΠÅ ΛB4ΛK, Hora ſexta, *q. d. Media veſpera. Danis* midt *eſt* Medium, medius. *Anglis* **middle** *vel* **midſt**. *Belgis* **middel**. *Græcis* μέσος *& poëticè* μέσσος.

MIDGUN GARDA *Gothi dixerunt* Orbem habitabilem, *q. d. illud totius Univerſi medium quod incolunt homines.* URRANN GAGREÞTS GAMEÞAN ALLANA MIDGUN GARDA: Prodiit edictum ut deſcriberetur univerſus orbis; ἐξῆλθε δόγμα ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. *Luc.* 2:1. *Aliàs quoque Argenteo codici* MANASEDS *vel* MANASEÞS *nuncupatur, quaſi dicas Hominum ſedes. Angloſaxonibus* middan eaſð *vel* middan geaſð. *Alamannis* mittel gart. *Ac fortaſſè huc etiam pertinet quòd* MIDGASVEINAINS *dicitur* Diluvium *Luc.* 17:27. *ut innuatur cataclyſmum homines Deo optimo maximo inviſos veluti ſcopis quibuſdam everriſſe. Vide etymologicum noſtrum Anglicum in* **Sweep**.

MIK NI SINTEINO HABAIÞ: Me non ſemper habetis; *Marc.* 14:7. SAEI SANDIDA MIK. MIÞ MIS ÏST: Qui me miſit, mecum eſt; *Joh.* 8:29. ANDAUGANDA MIK ALLA KUNGA: Beatam me dicent omnes generationes; *Luc.* 1:48. ÏNUH MIK NI MAGUÞ TAUGAN NIVAIHT: Sine me nihil poteſtis facere; *Joh.* 15:5. ÏDREIGO MIK: Pœnitet me; *Luc.* 17:4. ARMAI MIK: Miſerere mei; *Marc.* 10:48.

MI-

Digitized by Google

MIKILS, Magnus; *Luc.* 1: 15, 32. *Anglosax.* micel. mycel. mucel. *Alam.* michil/ mihhil/ mikel. *Cimbris* ΨΙΡΙΝ. *Anglis & Scotis* michel *vel* muckel. *Omnia sunt* ἀπὸ τοῦ μεγάλου. **DRUS MIKILS**, Ruina magna; *Matth.* 7: 27. **WIS MIKIL**, Tranquillitas magna; *Matth.* 8: 26. **MIKILANS**, Principes; *Marc.* 10: 42. **GATAWIDA MIS MIKILEIN**, Fecit mihi magna; *Luc.* 1: 49. **MIKILÞUHTANS**, Superbi; *Luc.* 1: 51. **MIKILJANDS GUÞ**, Magnificans Deum; *Luc.* 5: 25. **MIKILIDEDUN GUÞ**, Glorificaverunt Deum; *Matth.* 9: 8. **MIKILIDS FRAM ALLAIM**: Magnificatus ab omnibus; *Luc.* 4: 15. *Cimbris* ΨΙΡΙΝΝΙRΡΠΔ *est* Laboriosus. ΨΙΡΙΝΜΠΙΡΙΔ ΨΙΚΚ, Magnæ æstimationis viri. ΨΙΡΙΝ✱ΙΡΠΔ, Magnificus. *Anglis olim Ethelredus comes Gainorum cognominabatur* mucel, *eo quod erat corpore magnus & prudentiâ grandævus. Simeon Dunelmensis de Gestis regum Anglorum, ad annum* 868.

MILHMA, Nubes. **WARÞ MILHMA UFARSKADWJANDS IM**: Facta est nubes obumbrans eos; *Marc.* 9: 7. **GASAIƕAND SUNU MANS QIMANDAN IN MILHMAM**: Videbunt filium hominis venientem in nubibus; *Marc.* 13: 26. *Omnino videntur Dani ab hac priscâ voce reservâsse suum* molm / Nebula. *Belgis quoque* molm *est* Caries, *item* Ligni cariosi pulvis; *quòd majore aliquâ vi commotus atque agitatus, nebulæ instar officiat oculis.*

MILITONDANS, Milites; *Luc.* 3: 14. *Manifestè est ex* Militantes. *Vide quæ supra annotavimus in* **GADRAUHTEIS**, Milites.

MILIÞ, Mel; *Marc.* 1: 6. *Cambrobritannis* mêl *est* Mel. *Gallis* miel. *Italis* mele. *Græcis* μέλι.

MINNIST. MINNISTA. MINNIZA, Minimus. *occurrunt passim. Alamannis* min *&* minnist. *Belg.* minst. *Videntur esse à* μινὸς, *quod Atticum est pro* μικρὸς, Parvus, *ut scribit Eustathius. unde* μινύθω, Minuo. *quod quoque* Minuo *à Græco* μινύθω *putant desumptum.*

MIS, Me, mihi. **GATAWIDA MIS MIKILEIN SA MAHTEIGA**: Fecit mihi magna qui potens est; *Luc.* 1: 49. **QIMIÞ SWINÞOZA MIS AFAR MIS**: Venit fortior me post me; *Marc.* 1: 7, 17. **SAEI SANDIDA MIK. MIÞ MIS IST. NI BILAIÞ MIS AINAMMA ATTA**: Qui me misit, mecum est; non reliquit me solum pater; ὁ πέμψας με μετ' ἐμοῦ ἐστιν. οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατήρ. *Joh.* 8: 29. **TAITOK MIS SUMS. IK AUK UFKUNÞA MAHT USGAGGANDEIN AF MIS**: Tetigit me aliquis, nam ego novi virtutem de me exiisse; ἥψατό μού τις. ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν

Digitized by Google

δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ. *Luc.* 8:46. **ATBAIRIÞ MIS SKATT. EI GASAIHVAU**: Afferte mihi denarium, ut videam; φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω. *Marc.* 12:15. **HAUSEIÞ MIS ALLAI**: Audite me omnes; ἀκούετέ μου πάντες. *Marc.* 7:14. **BAIRIÞ INA DU MIS**: Ferte illum ad me; φέρετε αὐτὸν πρός με. *Marc.* 9:19. **HVAS IST MIS NEHVUNDJA**: Quis est meus proximus? τίς ἐστί μου πλησίον; *Luc.* 10:29. **AFLEIÞIÞ FAIRRA MIS**: Discedite à me; ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ. *Matth.* 7:23. **AF MIS SILBIN**: A me ipso; ἀπ' ἐμαυτοῦ. *Joh.* 8:28. **FRAVAURHTA MIS**: Peccavi; ἥμαρτον. *Matth.* 27:4.

MISSA *Gothis, &* mis *Anglosaxonibus aliisq; Septentrionalibus in compositione insinuant* Defectum, errorem, corruptelam, dissimilitudinem, *&c. Ita Gothis* **MISSADEDINS** *sunt* Offensæ, delicta, peccata; *Matth.* 6:14 & 15. **MISSALEIKS**, Varius, diversus; *Marc.* 1:34. **MISSAQISS**, Schisma, dissensio; *Joh.* 7:43. 9:16. 10:19. *Anglosaxonibus* misdæd *est* Maleficium, delictum. misboren cild, Abortus. miscweðan, Malè dicere. misfadian, Malè disponere. misfón, Labi, errare. mislár, Prava suggestio. mislic *vel* missenlic, Diversus, varius. mislician, Displicere. mishweorfde cneoris, Perversa generatio. *&c. Theotiscis* missidat *est* Peccatum. missidati / Peccata. missifiangen / Errare in deligendo. mislichen / Displicere. missihellen / Discrepare, dissonare. missiquedan / Perperam dicere. *&c. Gallis* mescontent *dicitur Qui non est contentus & ægrè fert aliquid.* mesdisant, Maledicus. *&c. Cimbris* misiafna *est* Disparare. mismæli, Lapsus *vel* Error linguæ. *Danis* misbrug *est* Abusus. misdæder / Maleficus. misfødsel / Abortus. mishage / Displicere. mistrøste / Diffidere. *&c. Anglis* misdeed / Delictum. misbecome / Dedecere. miscarrie / Perire, non assequi quod intenderas. mislead / In errorem perducere. mistrust / Diffidere. *&c. Belgis* misbruyck *est* Abusus. misdaed / Delictum. misgeboorte / Abortus. mishandelen / Malè tractare. misleyden / Seducere. mispriisen / Vituperare. mistrouwen / Diffidere. *&c. Vide plura de Teutonico* mis *&* missen *in Observatis ad Willerami paginam* 14.

MISSO. DU SIS MISSO ANDRUNNUN: Inter se disputaverant; *Marc.* 9:34. **QIÞANDANS DU SIS MISSO**: Dicentes ad semet ipsos; *Marc.* 10:26. 16:3. *Luc.* 2:15. 6:11. **MIÞ SIS MISSO**: Alter ad alterum; πρὸς ἀλλήλους. *Marc.* 15:31. **HVA IN VIGA MIÞ IZVIS MISSO MITODEDUÞ**: Quid in viâ inter vos tractabatis? *Marc.* 9:33. **FRIJOS NEHVUNDJAN ÞEINANA SVE ÞUS MISSAN**: Diliges proximum tuum sicut te ipsum; *Luc.* 10:27. **GALEIKAI SINA BAK-NAM**

Digitized by Google

𐌽𐌰𐌼 𐍅𐍉𐍀𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌼 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌰 𐌼𐌹𐍃𐍃𐍉: Similes sunt pueris loquentibus ad invicem; *Luc.* 7:32.

𐌼𐌹𐍄𐌰𐌳𐍃, Mensura; *Luc.* 6:38. 𐌹̈𐌽 𐌸𐌹𐌶𐌰𐌹𐌴𐌹 𐌼𐌹𐍄𐌰𐌸 𐌼𐌹𐍄𐌹𐌸. 𐌼𐌹𐍄𐌰𐌳𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃: In quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis; *Marc.* 4:24. *Anglosax.* ȝemet. *Alam.* mez. *Dan.* maade. *Belg.* maete. *Græcis* μέτρον.

𐌼𐌹𐍄𐍉𐌽, Cogitare. 𐌳𐌿 𐍈𐌴 𐌾𐌿𐍃 𐌼𐌹𐍄𐍉𐌸 𐌿𐌱𐌹𐌻𐌰 𐌹̈𐌽 𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐌰𐌼 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂𐌰𐌹𐌼: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? *Matth.* 9:4. 𐍈𐌰 𐌹̈𐌽 𐍅𐌹𐌲𐌰 𐌼𐌹𐌸 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌼𐌹𐍃𐍃𐍉 𐌼𐌹𐍄𐍉𐌳𐌴𐌳𐌿𐌸: Quid in viâ inter vos tractabatis? *Marc.* 9:33. 𐌼𐌹𐍄𐍉𐌽𐍃, Cogitatio; *Luc.* 9:46. 𐌼𐌹𐍄𐍉𐌽𐌴𐌹𐍃, Cogitationes; *Marc.* 7:21. *Luc.* 2:35. 𐌿𐍆𐌺𐌿𐌽𐌽𐌰𐌽𐌳𐍃 𐌼𐌹𐍄𐍉𐌽𐌹𐌽𐍃 𐌹̈𐌶𐌴: Noscens cogitationes eorum; *Luc.* 5:22. 𐌹̈𐍃 𐍅𐌹𐍃𐍃𐌿𐌷 𐌼𐌹𐍄𐍉𐌽𐌴𐌹𐌽𐍃 𐌹̈𐌶𐌴: Ipse sciebat cogitationes eorum; *Luc.* 6:8. *Matth.* 9:4. *Probatis scriptoribus Græcis* πρὸς ἐμαυτὸν ἐννοῶ *est* Mecum cogito, cum animo meo considero.

𐍃𐍅𐌰 𐍅𐌰𐍃𐌾𐌹𐌸: Si fœnum agri Deus sic vestit; *Matth.* 6:30. 𐍈𐌰 𐍅𐌰𐍃𐌾𐌰𐌹𐌼𐌰: Quo operiemur? *Matth.* 6:31. 𐌽𐌹𐌷 𐍃𐌰𐌻𐌰𐌿𐌼𐍉𐌽 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌳𐌰 𐍃𐌹𐌺 𐍃𐍅𐌴 𐌰𐌹𐌽𐍃 𐌸𐌹𐌶𐌴: Nec Salomon coopertus est sicut unum ex istis; *Matth.* 6:29. 𐌸𐌰𐌴𐌹 𐌷𐌽𐌰𐍃𐌵𐌾𐌰𐌹𐌼 𐍅𐌰𐍃𐌹𐌳𐌰𐌹 𐍃𐌹𐌽𐌳: Qui mollibus vestiuntur; *Matth.* 11:8. 𐍅𐌰𐍃𐍄𐌾𐌰𐌹 𐍀𐌰𐌿𐍂𐍀𐌿𐍂𐍉𐌳𐌰𐌹 𐌲𐌰𐍅𐌰𐍃𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌹̈𐌽𐌰: Veste purpureâ circumdederunt eum; *Joh.* 19:2. 𐌱𐌹 𐍅𐌰𐍃𐍄𐌾𐍉𐍃 𐍈𐌰 𐍃𐌰𐌿𐍂𐌲𐌰𐌹𐌸: De vestimento quid solliciti estis? *Matth.* 6:28. 𐌰𐍆𐌻𐌴𐍄 𐌹̈𐌼𐌼𐌰 𐌾𐌰𐌷 𐍅𐌰𐍃𐍄𐌾𐌰: Dimitte ei & pallium; *Matth.* 5:40. *Anglosaxonibus* ƿæda *vel* ᵹeƿæde *sunt* Indumenta, vestes. *Alamannis* uuatt *vel* geuuede. *Belgis* waed/gewaed. *Alibi interim dixi Gothicum* 𐍅𐌰𐍃𐍄𐌾𐍉, Vestis, *singularem habere affinitatem cum* ἐσθὴς *vel* ἔσθος, Vestis. *nam vel ipsum Latinorum* Vestis *(quod manifestè factum est ab* ἐσθὴς*) abundè ostendit vocabulis Græcis à vocali vel diphthongo inchoantibus persæpè præfigi* Vau, *i.* v *consonum vel* w. *Vide plura huc pertinentia in annotatis nostris ad Tatiani* XXXVIII, 5.

𐍅𐌰𐍄𐍉, Aqua. 𐌹̈𐌺 𐌳𐌰𐌿𐍀𐌾𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌹̈𐌽 𐍅𐌰𐍄𐌹𐌽: Ego baptizo vos in aquâ; *Marc.* 1:8. *Luc.* 3:16. 𐌰𐍈𐍉𐍃 𐍅𐌰𐍄𐌹𐌽𐍃 𐌻𐌹𐌱𐌰𐌽𐌳𐌹𐌽𐍃: Flumina aquæ vivæ; *Joh.* 7:38. 𐍃𐍄𐌹𐌺𐌻𐌰 𐍅𐌰𐍄𐌹𐌽𐍃: Calicem aquæ; *Marc.* 9:41. 𐍅𐌰𐍄𐍉 𐌼𐌹𐍃 𐌽𐌹 𐌲𐌰𐍆𐍄: Aquam mihi non dedisti; *Luc.* 7:44. 𐌲𐌰𐌳𐌰𐌿𐌸𐌽𐍉𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌹̈𐌽 𐍅𐌰𐍄𐌽𐌰𐌼: Mortui sunt in aquis; *Matth.* 8:32. *Anglosaxonibus* ƿæteꞃ *est* Aqua. *Alamannis* uuazzer. *Cimbr.* ᚢᛆᛐᚴ. *Dan.* vand. *Angl.* water. *Belg.* waeter. *Anglosaxonicum* ƿæteꞃ *olim deduxi à* ƿæta, Humor, liquor, mador. *Ipsum verò* ƿæta *videtur esse ab* ὑετὸς, Pluvia; *ut primâ suâ significatione de Colluvie pluvialis aquæ intellectum sit vocabulum: prorsus ut Latinum* Humor *pari prorsus ratione putant dictum ab* ὕμα, Pluvia. *Græcum quoque* ὕδωρ *grammatici similiter deducunt ab* ὕω, Pluo. *Ab hoc ipso* ὑετὸς *veteribus quoque Cimbris* ᚼᚢᛁᛐᛆ *dicta est* Pluvia. *unde Egillo Skallagrimo Epinicii sui Classe* v, *Strophâ* 5. ᛒᛆᚠᚼᚢᛁᛐᛆ *est* Arcûs pluvia. *ita enim vocabant Tela confertim in hostes nimbi instar effusa.*

𐍅𐌰𐌸. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌸, Conjunxit; *Marc.* 10:9. *Vide quæ de hoc* 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌸 *& verbo* 𐍅𐌹𐌸𐌰𐌽 *fusè dicemus in Addendorum appendiculâ.*

𐍅𐌰𐌿𐍂𐌳, Sermo, verbum. *Anglosax.* ƿoꞃd. *Alam.* uuort. *Cimbr.* ᛆᚱᚦ. *Dan.* ord. *Angl.* word. *Belg.* woord. *Magno doctissimorum hominum consensu origo vocis refertur ad* 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌽, Fieri. *Videri quidem posset vox, etymologiæ hujus respectu, magis* Rem gestam *quam* Dictum *designare; sed plurimarum linguarum idiotismus* Verbi *vocabulum pro* Re *accipit.* *Latinis profectò scripto-*

Digitized by Google

toribus Dictum *quandoque est* Res. *Plautus Casinâ Actu* v, *Scenâ* 4; Feci ego isthæc dicta quæ vos dicitis. *Virgilius Ceiri*; Quæritur ex omni verborum injuria dicto. *ad quæ verba Scaliger*; Dictum *hîc accipitur ut Homero* ἔπος, *hoc est* Res. *Sic Hebræi dicunt Verbum pro Facto. Sic Latinum* Res; *est enim à* ῥῆσις. *& veteres dicebant* Reses, *quod decurtatum est in* Res, *ut alia. Hæc Scaliger.*

𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌽, Operari. 𐌹̈𐌺 𐍃𐌺𐌰𐌻 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌽 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍃𐍄𐍅𐌰 𐌸𐌹𐍃 𐍃𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽𐌳𐌹𐌽𐍃 𐌼𐌹𐌺 𐌿𐌽𐍄𐌴 𐌳𐌰𐌲𐍃 𐌹̈𐍃𐍄. 𐌵𐌹𐌼𐌹𐌸 𐌽𐌰𐌷𐍄𐍃 𐌸𐌰𐍄𐌴𐌹 𐌽𐌹𐌼𐌰𐌽𐌽𐌰 𐌼𐌰𐌲 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌽: Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari; *Joh.* 9:4. 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌿𐌽𐍃𐌹𐌱𐌾𐌰𐌽𐌰: Qui operamini iniquitatem; *Matth.* 7:23. 𐌽𐌰𐌷𐍄𐌰𐌼𐌰𐍄 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰, Cœnam fecit; *Marc.* 6:21. 𐌸𐌰𐌽 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌺𐌾𐌰𐌹𐍃 𐌿𐌽𐌳𐌰𐌿𐍂𐌽𐌹𐌼𐌰𐍄 𐌰𐌹𐌸𐌸𐌰𐌿 𐌽𐌰𐌷𐍄𐌰𐌼𐌰𐍄: Cùm facis prandium aut cœnam; *Luc.* 14:12. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰 𐌳𐌰𐌿𐌷𐍄 𐌼𐌹𐌺𐌹𐌻𐌰: Fecit convivium magnum; *Luc.* 5:29. 𐌲𐌰𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰 𐍆𐌰𐌽𐌹: Fecit lutum; *Joh.* 9:6. 𐌲𐍉𐌸 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍃𐍄𐍅 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌷𐍄𐌰 𐌱𐌹 𐌼𐌹𐍃: Bonum opus operata est in me; *Marc.* 14:6. 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍃𐍄𐍅𐌾𐌰, Operarius; *Luc.* 10:7. *Joh.* 15:1. *Anglosax.* ƿyrcan. ƿyrcean. *Alam.* uuirchon. *Cimbr.* ΠIRPIΛ. *Angl.* work. *Belg.* wercken. *Olim in Observ. ad Willerami paginam* 14 *deduxi* werk *ab* ἔργον, Opus, *pluribúsq; exemplis firmavi illam usitatissimæ originationis rationem, quæ fit præponendo Æölicum digamma Græcis vocibus à vocali vel diphthongo incipientibus.*

𐍅𐌰𐌿𐍂𐌼, Serpens. 𐌰𐍄𐌲𐌰𐍆 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐍅𐌰𐌻𐌳𐌿𐍆𐌽𐌹 𐍄𐍂𐌿𐌳𐌰𐌽 𐌿𐍆𐌰𐍂𐍉 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌼𐌴: Dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes; δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων. *Luc.* 10:19. *Anglosaxonibus* ƿoɲm. ƿyɲm *est* Vermis, reptile. *Alamannis* uuurm. *Danis* orm. *Anglis & Belgis* worm. *Cimbris olim* ΛRΨI *dicebatur: unde & sextus mensis Danis etiamnum* ormemaanet *nuncupatur, à vermibus nempe atque insectis tunc maximè infestantibus terræ fructûs. Suspicabar aliquando* ΛRΨI *desumptum ex* ὁρμὴ, Impetus; *quòd vermes nullis exteriorum membrorum adminiculis, aliorum instar animantium, sed intrinsecâ vivacissimi impetûs virtute velocissimè ferantur; totúmq; adeò corpus mirâ sinuosorum voluminum lubricitate in varias formas torqueant ac retorqueant. Arnobius adv. Gentes*; Serpens per terram reptans, cœno natis ut vermiculis mos est, solummento radit & pectore, tortuosis voluminibus se trahens, atque, ut pergere prorsus possit, partem sui postremam conatibus prioris adducit. *At nunc rectiùs videtur vocabuli origo posse referri ad* ὁρμιὰ, Tenuis funiculus; *ob manifestissimam similitudinem. Omnino interim vide quæ annotavimus ad gl D, 5. in* Basiliscus.

𐍅𐌰𐌿𐍂𐍄𐌹𐌽𐍃 𐌽𐌹 𐌷𐌰𐌱𐌰𐌹𐌳𐌰: Radicem non habebat; *Marc.* 4:6 & 17.

Digitized by Google

𐌿𐍃 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍄𐌹𐌼: A radicibus; *Marc.* 11:20. 𐌿𐍃𐌻𐌰𐌿𐍃𐌴𐌹 𐌸𐌿𐌺 𐌿𐍃 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍄𐌹𐌼: Eradicare; *Luc.* 17:6. 𐌾𐌿 𐍃𐍉 𐌰𐌵𐌹𐌶𐌹 𐌰𐍄 𐍅𐌰𐌿𐍂𐍄𐌹𐌼 𐌱𐌰𐌲𐌼𐌴 𐌻𐌹𐌲𐌹𐌸: Jam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt; *Luc.* 3:9. *Alamannis* uuûrza / uuûrzale / uuûrzele / uuûrtele *eſt* Radix. *Belgis* wortel. *Denominationis hujus Belgicæ Alamannicæq; originem præ ſe fert priſca orthographia Angloſaxonici* ƿẏꞃtƿel *vel* ƿẏꞃtƿala, Radix. *item* ƿẏꞃtƿælean, Plantare. apuꞃtƿælan, Eradicare, exſtirpare. *Siquidem hæc manifeſtè compoſita ſunt ex* ƿẏꞃt *vel* ƿuꞃt, Herba, olus; *&* ƿell. ƿẏll. ƿælla, Fons, ſcaturigo: *quòd teneriora herbeſcentium plantarum ac ſtirpium germina ex hac veluti ſcaturigine prorumpant. Appoſitè Seneca de Benef.* III, 29; Tolle radicem; nemora non ſurgent, nec tanti montes veſtientur. ƿẏꞃtꞃume *quoque vel* ƿẏꞃtꞇꞃuma *dicebatur iiſdem Angloſaxonibus; à* ƿẏꞃt, Herba; *&* ꞇꞃum, Firmus, validus; *quòd Radix præcipuum ſit omnis herbæ firmamentum. Pari ferè derivationis ratione Græcis grammaticis* ῥίζα *videtur dicta quaſi* ῥεῖζα, *quoniam per eam* ῥεῖ τὸ ζῆν. *quandoquidem ipſius plantæ vita è radice quaſi profluit ac per totam deinceps plantam diffunditur.*

𐍅𐌴𐌲𐍉𐍃, Undæ, fluctus; *Marc.* 4:37. *Matth.* 8:24. *Angloſaxonibus* ƿæᵹ *eſt* Unda, fluctus. *Alamannis* uuag. *Belgis* waeg *vel* wage. *Anglis* wave. *Gallis* vague. *Iſlandis* vøgur *eſt* Fretum. *Sunt à* 𐍅𐌰𐌲𐌾𐌰𐌽, Movere, concutere; *quod vide in* 𐍅𐌰𐌲𐌹𐌳𐌰. *Pari prorſus ratione Græcis, Euſtathio authore,* κῦμα *dicitur quaſi* κύκημα. *à* κυκᾶν, Perturbare, agitando commiſcere atque confundere. *ſiquidem Homero ſolemne eſt* κυκᾶν *&* κυκᾶσθαι *de commotó mari uſurpare. Vide plura in annotatis ad gl D, 8. in* Kataclifmus.

𐍅𐌴𐌲𐍃, Motus. 𐍅𐌴𐌲𐍃 𐌼𐌹𐌺𐌹𐌻𐍃 𐍅𐌰𐍂𐌸 𐌹̈𐌽 𐌼𐌰𐍂𐌴𐌹𐌽: Motus magnus factus eſt in mari; *Matth.* 8:24. 𐌲𐌰𐍃𐍉𐌺 𐍅𐌹𐌽𐌳𐌰 𐌾𐌰𐌷 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌰 𐍅𐌴𐌲𐌰 𐍅𐌰𐍄𐌹𐌽𐍃: Increpavit ventum & tumultum aquæ; *Luc.* 8:24. *Refer ad ea quæ diximus in* 𐍅𐌰𐌲𐌹𐌳𐌰, Agitatus.

𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰 *vel* 𐍅𐌴𐌹𐌷𐍃 *eſt* Sanctus. 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰𐌽, Sanctificare. 𐍃𐌰 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰 𐌲𐌿𐌸𐍃: Sanctus Dei; *Marc.* 1:24. *&* *Luc.* 4:34. 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐍃𐌰 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰: Spiritus ſanctus; *Luc.* 3:22. *& Joh.* 7:39. 𐌰𐌷𐌼𐌰 𐍅𐌴𐌹𐌷𐍃: *idem*; *Luc.* 1:35. *&* 2:25. 𐌰𐌿𐌷𐌿𐌼𐌹𐍃𐍄𐍃 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰: Pontifex; *Joh.* 18:13. 𐌰𐍄𐍄𐌰 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰: Pater ſancte; *Joh.* 17:18. 𐍅𐌴𐌹𐌷 𐌽𐌰𐌼𐍉 𐌹̈𐍃: Sanctum nomen ejus; *Luc.* 1:49. 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌽𐌰𐌹 𐌽𐌰𐌼𐍉 𐌸𐌴𐌹𐌽: Sanctificetur nomen tuum; *Matth.* 6:9. 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰𐌹 𐌹̈𐌽𐍃 𐌹̈𐌽 𐍃𐌿𐌽𐌾𐌰𐌹: Sanctifica eos in veritate; *Joh.* 17:17. *& mox commate* 19; 𐍆𐍂𐌰𐌼 𐌹̈𐌼 𐌹̈𐌺 𐍅𐌴𐌹𐌷𐌰 𐌼𐌹𐌺 𐍃𐌹𐌻𐌱𐌰𐌽: Pro eis ego ſanctifico me ipſum. *Angloſaxones*

Digitized by Google

non temerè pih *vel* pig *usurpant pro* Sanctus; *quia passim* halig *dicunt: in voce tamen* peofod. piebed. *vel (ut monumentorum antiquissima persæpè scribunt)* pigbed *priscam acceptionem vocabuli* pih *vel* pig *retinuerunt: etenim* Ara *iis dicebatur* pigbed, *quasi* pied *vel* pihed beod, Sacra *vel* consecrata mensa: *Græcis patribus* ἁγία τράπεζα. *vide quæ annotavimus ad Tatiani* II, 4. *At Francis, qui antiquissimam Gothorum linguam in multis fideliùs retinuerunt*, uuiho *est* Sacrum. uuihaz/ Sanctum. uuihida / Reliquiæ sanctorum; *Kero*. uuih fischrip/ Hagiographa; *gl C*, 2. chirih uuihi/ Neomenia; *gl C*, 7. ununuihaz/ Execrandum; *gl B*, 17. *Liquet igitur verbum* uuihan *primâ suâ significatione olim pro* Sanctificare, purgare, lustrare *acceptum*; *atque inde* uuih *vel* uuihaz *dictum*, Quicquid ritè purgatum lustratúmq; erat. *Hanc acceptionem insinuat quidem paullò ante adductum* chirih uuihi/ *sed pleniùs eam firmant verba Otfridi* v, 16, 66; uuihit sih mit doufu/ Sanctificat vel lustrat se baptismo. *evidentissimum enim est hoc in loco agi de lustratione per aquam*; *unde & Lustralis aqua Danis* viid vand/ *Belgis* wijwater *nuncupatur. Vide paginam* 52 *Observationum nostrarum in Willeramum, ubi &* uuihen / *ob receptissimam consuetudinem lustrandos leviter adspergendi vel irrorandi, deduximus ab* ὕειν, *quod non modò* Pluere, *verùm etiam* Pluviâ perfundere, *& simpliciter* βρέχειν *sive* Irrigare *significat. Quoniam tamen enormia crimina frequentèr etiam lustrabant suffimentis quibusdam atque expiatoriis sacrificiis, quibus proximè præcedens originatio non competit; aliâ hìc opus est etymologiâ, & quæ istam quoque purgandi rationem comprehendat. Eam, præeunte Cl. Salmasio, sic expedio: Græcis* θύος *idem cum* θυμίαμα. *inde Latinum* Thus; *ut* πύον, Pus; γλοιὸς *vel* γλοιὸς, Glus. *Græci veteres* θύειν *non pro* Sacrificare, *sed* ἀντὶ τοῦ θυμιᾶν *ponebant. Æöles* φύω *dicebant: unde Latina* fuo *&* fio; *item composita* Suffio *&* Suffimen. *à* θύω *est* θυμὸς, *Æölicè* φυμὸς, *unde Latina* Fumus *&* Fumigare; *ut à Græco* θυμιᾶν, *&c. Vide Salmasium paginâ* 500 *Plinianarum exercitationum. Quum igitur ex Æölico* φύω *pro* θύω *Salmasius eximiè deduxerit Latinum* Fio *cum compositis* Suffio *&* Suffimen; *nemo certè iverit inficias Teutonicum* uuihen *vel Gothicum* ϒGIhAN *similiter ab eâdem origine potuisse derivari.*

ϒGIhS, Castellum, vicus; *Marc.* 6:6. 8:23, 26, 27. *Joh.* 7:42. 11:30. *Anglosaxonibus* pic *est* Vicus, castellum. *Belgis quoque* wijck *est* Vicus. *item* Regio vel tractus urbis. *Islandis* vigi *est* Munimentum. *Alamannis* uuighus *est* Arx, castellum, munimentum. *Sed hæc videntur alterius originis: nempe, à* uuig / Bellum. *cùm prius illud* ϒGIhS, *quemadmodum & Anglosaxonicum* pic *ejusdem sint originis cum Latino* Vicus. *de quo vide Vossii etymologicum. Sclavinis* wes *est* Vicus; *quod Gelenii Lexicon symphonum in ordine* διὰ πασῶν *consonare censet cum* οἶκος.

ϒGIN,

Digitized by Google

𐍅𐌴𐌹𐌽, Vinum. 𐍅𐌴𐌹𐌽𐌰𐍄𐍂𐌹𐌿, Vitis. 𐍅𐌴𐌹𐌽𐌰𐍄𐌰𐌹𐌽𐍃, Palmes. 𐍅𐌴𐌹𐌽𐌰𐌱𐌰𐍃𐌾𐌴, Uva. 𐍅𐌴𐌹𐌽𐌰𐌲𐌰𐍂𐌳𐍃, Vinea. 𐍅𐌴𐌹𐌽𐌳𐍂𐌿𐌽𐌺𐌾𐌰, Vini potator. *Cambrobritannis* gwin *est* Vinum. *Anglosax.* ƿin. *Alam.* uuin. *Gall.* vin. *Ital. & Hisp.* vino. *Cimbr.* ᚢᛁᚿ. *Dan. & Isl.* vin. *Angl.* wine. *Belg.* wijn. *Omnia, præfixo* Vau, *abscissa sunt ex* οἶνος, Vinum. *Illud verò, sicuti censet doctissimus Caninius, est ex Hebræo* יין, Vinum.

𐍅𐌴𐌹𐍃 𐌰𐍆𐌻𐌰𐌹𐌻𐍉𐍄𐌿𐌼 𐌰𐌻𐌻𐌰: Nos dimisimus omnia; *Marc.* 10:28. 𐍅𐌴𐌹𐍃 𐍈𐌰 𐍄𐌰𐌿𐌾𐌰𐌹𐌼𐌰: Nos quid faciemus? *Luc.* 3:14. 𐍅𐌴𐌹𐍃 𐌼𐍉𐍃𐌴𐍃 𐍃𐌹𐍀𐍉𐌽𐌾𐍉𐍃 𐍃𐌹𐌾𐌿𐌼: Nos Mosis discipuli sumus; *Joh.* 9:28.

𐍅𐌴𐌹𐍃𐍉𐌸. 𐌲𐌰𐍅𐌴𐌹𐍃𐍉𐌸, Visitat; *Luc.* 1:78. *quod vide suo loco.*

𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐌾𐌰𐌽, Testimonium perhibere. 𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐌹𐌸𐌰, Testimonium. 𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐍃, Testis. 𐌹𐌺 𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐌾𐌰 𐌱𐌹 𐌹𐌽𐍃: Ego testimonium perhibeo de iis; *Joh.* 7:7. 𐌹𐌺 𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐌾𐌰 𐌱𐌹 𐌼𐌹𐌺 𐍃𐌹𐌻𐌱𐌰𐌽: Ego testimonium perhibeo de me ipso; *Joh.* 8:14. 𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐌾𐌰𐌽𐌳, Testimonium perhibent; *Joh.* 10:25. 𐍄𐍅𐌰𐌳𐌳𐌾𐌴 𐌼𐌰𐌽𐌽𐌴 𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐌹𐌸𐌰 𐍃𐌿𐌽𐌾𐌰 𐌹𐍃𐍄: Duorum hominum testimonium verum est; *Joh.* 8:17. 𐌽𐌹 𐍃𐌹𐌾𐌰𐌹𐍃 𐌲𐌰𐌻𐌹𐌿𐌲𐌰 𐍅𐌴𐌹𐍄𐍅𐍉𐌳𐍃: Non eris falsus testis; *Marc.* 10:19. *Anglosaxonibus* ƿitneſſe. ȝeƿitnyſ. *item* ƿitſcip. ȝeƿitſcip *est* Testimonium. ȝeƿita, Testis. *Alamannis* giuuizscaf *est* Testimonium. feuuizzida / Testimonia. *Cimbris* ᚢᛁᚦᚿ *est* Testimonium. *Danis* vidn *est* Testis. vidne / Testari. vidnesbyrd / Testimonium. *Islandis* vitnisburdur / Testimonium. *Anglis* to witnesse *est* Testari. witnes / Testimonium. *&c. Omnia sunt à* ƿitan, Scire; *quoniam testes profiteri debent & sanctè asseverare liquidò sibi constare quicquid illud est de quo interrogantur.*

𐍅𐌴𐌽𐌾𐌰𐌽. 𐌲𐌰𐍅𐌴𐌽𐌾𐌰𐌽, Putare, existimare, arbitrari. 𐌲𐌰𐍅𐌴𐌽𐌾𐌰, Arbitror; *Luc.* 7:43. 𐌰𐍄𐍅𐌴𐌽𐌾𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹𐌽 𐌸𐌰𐌽 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹𐌽: Existimante autem omni populo; *Luc.* 3:15. *Anglosaxonibus* ƿenan *est* Opinari. *Alamannis* uuanen. *Anglis* weene. *Belgis* waenen. *Anglosaxonicum interim* ƿenan *derivavi aliquando ex* ƿen *vel* ƿenunȝa, Forsitan; *quoniam qui rem nondum satis habent perspectam, nunquam non in ore habent illud suum* ƿen, Fortassè. *quæ particula cùm sit dubitantium propria, videri quoque potest inde ortum traxisse verbum de ambiguâ dubiâq; scientiâ primitùs usurpatum.*

𐍅𐌴𐌽𐌾𐌰𐌽, Sperare, exspectare. 𐌸𐌿 𐌹𐍃 𐍃𐌰 𐌵𐌹𐌼𐌰𐌽𐌳𐌰. 𐌸𐌰𐌿 𐌰𐌽𐌸𐌰𐍂𐌰𐌽𐌰 𐍅𐌴𐌽𐌾𐌰𐌹𐌼𐌰: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? *Luc.* 7:19, 20. 𐌾𐌰𐌱𐌰𐌹 𐌵𐌴𐌹𐌸𐌹𐌸 𐍆𐍂𐌰𐌼 𐌸𐌰𐌼𐌼𐌴𐌹 𐍅𐌴-
𐌽𐌴𐌹𐌳

Digitized by Google

neiþ andniman: Si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere; *Luc.* 6:34. an þammei jus weneiþ: In quo vos speratis; *Joh.* 5:45. leiƕaiþ niwaihtais uswenans: Mutuum date nihil inde sperantes; *Luc.* 6:35. *Hæc acceptio verbi* wenjan *promanavit ex priore Opinandi significatione; quoniam Spes est quædam veluti certò adventantis prosperitatis opinio, quâ miseri mortales in summis rerum adversarum angustiis mentes cogitationésq; suas sustentant atque erigunt. Anglosax.* ƿena *est* Spes. ƿenan, Sperare. orƿenan, Desperare. of unȝeƿenedum, Ex insperato. *Alam.* wan/ Spes. unwan/ Desperatio. wanen/ Sperare. farwanen/ Desperare. *Islandis* von *est* Spes. *Danis* uvent *est* Inexspectatus, insperatus.

wepna, Arma; *Joh.* 18:3. *Anglosax.* ƿæpnu. ƿæpna. ƿoepna. ƿopna. *Alam.* uuaffana. *Cimbr.* vabn. *Dan.* vaaben. *Isl.* vopn. *Angl.* weapons. *Belg.* wapenen. *Ut ut Græcis usitatiùs in plurali* ὅπλα *dicantur* Arma; *ab antiquo tamen singulari* ὅπλον, *abjecto* λ, *videtur primò fuisse* opon, *ac postea* popon. *Exempla verò abjecti* λ *suppeditari putant in* Cavo *ex* γλάφω. Tapes *ex* ϑάλπης. *& similibus.*

werjan. *Occurrit in* unwerjan, Indignari; *Luc.* 11:41.

weþi aina wairþand: Grex unus fiet; γενήσεται μία ποίμνη. *Joh.* 10:16. *Anglosaxonibus* eoƿu *est* Ovis fœta. eoƿd, Ovile *vel* grex. *Alamannis* euuit *vel* cutti. *Anglis* ewe *est* Ovis fœmina. *Belgis* ouwe *vel* ouwe. *Quemadmodum verò* eoƿu *&* ouwe *manifestè referunt Græcum* ὄϊς, Ovis; *ita quoque* ὀϊάλεος ποίμνη *respondet Anglosaxonico* eoƿd, *& Alamannico* cutti. *prorsus ut* ὀϊάλειον κρέας *Suidæ exponitur* προβάτειον κρέας, Ovilla caro.

wigan, Bellum gerere, pugnam conserere. gaggands an wiganna: Procedens ad bellum gerendum; *Luc.* 14:31. *Anglosaxonibus* ƿiȝ *est* Bellum, prælium. ƿiȝcræft, Ars bellica. ƿiȝmen, Bellatores. ƿiȝa, Bellator. iunȝ ƿiȝa, Tyro. *Alamannis* uuige *est* Prælium, bellum. uuig hebigaz/ Certamen grave. ungeuuenit zi uuige/ Nullum bellicæ rei habens usum, imbellis. uuigant/ Pugnator. uuichaft/ chuoni in uuige/ Bellicosus. uuighus/ Arx, propugnaculum. uuidaruuigo/ Rebellio. uuidaruuigun/ Rebelles. *&c. Cimbris* IF ПIF *est* Occido. ПIIF, Homicidium. ПIIFПΛ, Athleta. EIK-ПIFI, Singulare certamen. *&c. Fortassè interim pertinet ad hunc locum, quòd* Pirata *(qui in aliis monumentis Anglosaxonicis plerumque* ƿicinȝ *dicitur) capite 7 eximiæ grammaticæ Latinosaxonicæ, ab Ælfrico conscriptæ, disertim* ƿiȝcynȝ *nuncupatur; quasi Belli regem dicas, i. in quovis conflictu bellico dominatum veluti exercentem. Neque mira videri potest hæc vocabuli compositio iis qui animum* refe-

Digitized by Google

referent ad illam veterum Cimbrorum consuetudinem quam alibi ex Olao Worm *adduximus. nam is author est priscos Danorum reges eorúmq; filios piraticam strenuè semper exercuisse, atque eos regno maximè idoneos vulgò Cimbris habitos, qui magna passim crebráq; intrepidæ mentis specimina popularibus suis exhibuerant.*

𐍅𐌹𐌲𐍃, Via; *Matth.* 7:13, 14. 𐌹𐌺 𐌹𐌼 𐍃𐌰 𐍅𐌹𐌲𐍃 · 𐌾𐌰𐌷 𐍃𐌿𐌽𐌾𐌰 · 𐌾𐌰𐌷 𐌻𐌹𐌱𐌰𐌹𐌽𐍃: Ego sum via, & veritas, & vita; *Joh.* 14:6. *Anglosaxonibus* pæȝ : peȝ . poeȝ *est* Via. *Alamannis* uuec/ uuech/ uuog. *Cimbris* ᚢᛁᚴᚢᚱ. *Islandis* vegur. *Danis* vej. *Anglis* way. *Belgis* weg. *Ex his* pæȝ *videri potest (prius tamen præfixo* Vau) *recisum ex* ἀγυιὰ, Vicus, via. *vel ex* ἡγέομαι, ἡγοῦμαι, Duco; *juxta illud Maronis Eclogâ* IX; Quò te Mœri pedes, an quà via ducit in Urbem? *& illud ejusdem Primo Æneidos, versu* 405; Perge modò, & quà te ducit via, dirige gressum. *Quidam derivârunt* peȝ *ex veteri* Veha, *quomodo rustici olim dicebant pro Via: Varro libro Primo de Re rusticâ, cap.* 2. *vide locum. At* poeȝ *(quod ubique ferè occurrit in optimo codice Cottoniano quatuor Euangeliorum interlineatorum) videri potest abscissum ex* οἴχομαι, Abeo, discedo, proficiscor. *Hinc* 𐍅𐌹𐌲𐌰𐌳𐌴𐌹𐌽𐍉𐍃 *videntur dicti* Tribuli, *i. veprium genus vias obsidens atque obstruens.* 𐌹𐌱𐌰𐌹 𐌻𐌹𐍃𐌰𐌽𐌳 𐌰𐍆 𐍅𐌹𐌲𐌰𐌳𐌴𐌹𐌽𐍉𐌼 𐍃𐌼𐌰𐌺𐌺𐌰𐌽𐍃: Numquid colligunt de tribulis ficus? *Matth.* 7:16.

𐍅𐌹𐌲𐍃, Iter. 𐌵𐌴𐌼𐌿𐌽 𐌳𐌰𐌲𐌹𐍃 𐍅𐌹𐌲: Venerunt diei iter; *Luc.* 2:44.

𐍅𐌹𐌳𐍉𐍅𐍉, Vidua; *Luc.* 7:12. 𐍅𐌹𐌳𐌿𐍅𐍉, *Luc.* 2:37. 18:3 *&* 5. 𐌽𐌹 𐌻𐌴𐍄𐌰 𐌹𐌶𐍅𐌹𐍃 𐍅𐌹𐌳𐌿𐍅𐌰𐌹𐍂𐌽𐌰𐌽𐍃: Non relinquam vos orphanos; *Joh.* 14:18. *Anglosaxonibus* peoꝺepe . pyꝺepe . puꝺupe *est* Vidua. *Alamannis* uuituua. *Anglis* widow. *Belgis* weduwe. *Quidam hæc ejusdem volunt originis esse cùm Latino* Vidua, *de quo vide Vossii etymologicum. Quoniam verò dispar est ratio Teutonum, & inclytarum quarundam gentium quæ linguam notholatinam usurpant; licet non iverim inficias Gallorum* vefue, *Italorum* vedoa, *Hispanorum* biuda *ortum traxisse ex Latino* Vidua, *minimè tamen inducor ut credam priscum Teutonicarum gentium sermonem indigenam multum debere nepotibus Romuli. unde quoque in hujus vocabuli originem sedulò inquirenti, visa est vox* peoꝺupe *nonnihil affinis Græco* ἰδάω *vel* ἰδίω, Tumeo; *ut ita olim Patres nostri appellaverint* Fœminam luctu ac mœrore confectam, ἰδιανόντων ἔτι τῶν πραγμάτων, *ut loquitur Herodotus, h. e.* adhuc extumescentibus fluctuantibúsq; rebus ejus, *ob nuperum scilicet mariti excessum. Cimbris antiquioribus pari modo* ᛁᚴᚴᛁᚿ *dicta est* Vidua, *ab* ἀχέω *vel* ἀχεύω, Doleo, mœrore ac tristitiâ conficior.

𐍅𐌹𐌺, Ordo. 𐌹𐌽 𐍅𐌹𐌺𐍉𐌽 𐌺𐌿𐌽𐌾𐌹𐍃 𐍃𐌴𐌹𐌽𐌹𐍃: In ordine vicis suæ; ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ. *Luc.* 1:8.

Digitized by Google

𐍅𐌹𐌻𐌾𐌰𐌽, Velle. 𐍅𐌹𐌻𐌾𐌰𐌿, Volo; *Matth.* 8:3. *Marc.* 1:41. 6:25. *Luc.* 5:13. 𐍅𐌹𐌻𐌾𐌰𐌽𐌳𐍃, Volens; *Marc.* 15:15. *Luc.* 10:29. 14:28. 𐌽𐌹 𐍅𐌹𐌻𐌳𐌰: Noluit; *Luc.* 18:4 & 13. 𐍅𐌹𐌻𐌴𐌹𐌼𐌰, Volumus; *Marc.* 10:35. 𐍈𐌰 𐍅𐌹𐌻𐌴𐌹𐍄𐍃: Quid vultis? *Marc.* 10:36. 𐍅𐌹𐌻𐌾𐌰, Voluntas; *Matth.* 6:10. *Anglosaxonibus* ƿillan *est* Velle. *Alam.* uuillen. *Dan.* ville. *Angl.* will. *Belg.* willen. *Deduci possent ab illo* βύλομαι *unde Latinum* volo *derivatum putant, nisi commodiùs peterentur ex* θέλειν, Velle. *mutato nempe* θ *in* w. *sicuti Teutonicum* wallen *est ex* θάλλειν, Scaturire, pullulare. wijen *ex* θύειν, Adolere, sacrificare. werm *vel* warm / *à* θερμὸς, Calidus. *unde & illud* Formus, *quod veteribus erat* Calidus.

𐍅𐌹𐌻𐍅𐌰𐌽𐍃, Raptores; *Luc.* 18:11. 𐍅𐌹𐌻𐍅𐌰𐌽, Diripere; *Marc.* 3:27. *ubi &* 𐌳𐌹𐍃𐍅𐌹𐌻𐍅𐌰𐌽 *pro eo scribitur.* 𐍅𐌹𐌻𐍅𐌰𐌽, Rapere; *Joh.* 6:15. 𐌹̈𐌽𐌽𐌰𐌸𐍂𐍉 𐍃𐌹𐌽𐌳 𐍅𐌿𐌻𐍆𐍉𐍃 𐍅𐌹𐌻𐍅𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃: Intrinsecùs sunt lupi rapaces; *Matth.* 7:15. 𐍃𐌰 𐍅𐌿𐌻𐍆𐍃 𐍆𐍂𐌰𐍅𐌹𐌻𐍅𐌹𐌸 𐌸𐍉: Lupus rapit eas; *Joh.* 10:12. *ubi & mox commate* 29 𐍆𐍂𐌰𐍅𐌹𐌻𐍅𐌰𐌽 *est* Rapere. 𐍆𐍂𐌰𐍅𐌰𐌻𐍅 𐌹̈𐌽𐌰: Arripiebat illum; *Luc.* 8:29. *Fortassè est à* 𐍅𐌰𐌻𐍅𐌾𐌰𐌽, Volvere; *quòd prædatores truculentis primùm clamoribus obvia quæque distrahant, proturbent, provolvant, ut ex temerè disjectis dispersisq; opibus opimam prædam reportent domum.*

𐍅𐌹𐌽𐌳𐌰𐌽, Plectere, torquere, involvere, implicare. *Occurrit in compositis* 𐌱𐌹𐍅𐌹𐌽𐌳𐌰𐌽. 𐌿𐍃𐍅𐌹𐌽𐌳𐌰𐌽. *quæ vide.* *Anglosaxonibus* ƿindan *vel* ƿyndan *est* Contorquere, glomerare, versare, plectere. *Alam.* uuintan. *Dan.* vinde. *Isl.* vinda. *Angl.* winde. *Belg.* winden. *quod affine putant Teutonico* wenden / Vertere. *pro quo Argenteus codex* 𐍅𐌰𐌽𐌳𐌾𐌰𐌽 *dicit, quod vide suo loco.*

𐍅𐌹𐌽𐌳𐍃, Ventus. 𐌰𐌽𐌰𐍃𐌹𐌻𐌰𐌹𐌳𐌰 𐍃𐌰 𐍅𐌹𐌽𐌳𐍃: Cessavit ventus; *item,* 𐌾𐌰𐌷 𐍅𐌹𐌽𐌳𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐌼𐌰𐍂𐌴𐌹 𐌿𐍆𐌷𐌰𐌿𐍃𐌾𐌰𐌽𐌳 𐌹̈𐌼𐌼𐌰: Et ventus & mare obediunt ei; *Marc.* 4:39 & 41. 𐍃𐌺𐌿𐍂𐌰 𐍅𐌹𐌽𐌳𐌹𐍃: Procella venti; *Luc.* 8:23. 𐍅𐌰𐌹𐍅𐍉𐌿𐌽 𐍅𐌹𐌽𐌳𐍉𐍃: Flaverunt venti; *Matth.* 7:25 & 27. *Anglosax.* ƿind. *Alam.* uuint. *Cimbr.* ᚢᛁᚿᚦᚢᚱ. *Dan.* vind. *Isl.* vindur. *Angl.* winde. *Belg.* wind. *Quod attinet ad vocabuli originem; nihil est manifestiùs quàm quòd ex verbo* 𐍅𐌰𐌹𐌰𐌽 *fuerit Participium* 𐍅𐌰𐌹𐌰𐌽𐌳𐍃, Spirans. *atque inde* 𐍅𐌰𐌹𐌽𐌳𐍃. 𐍅𐌹𐌽𐌳𐍃. *Ita quoque Theotiscum* uuaien *habuit in Participio* uuaiend *& contractè* uuaind / uuind / uuint. *Angelus Caninius vult Latinum* Ventus *factum ex* ἀέντης *pro* ἀήτης, *ab* ἄω, Spiro: *vel esse ab* ἀεὶς ἀέντος, *quod ab* ἄημι. *Homerus Odyss.* E, *vers.* 478. *& Odyss.* T, *vers.* 440;

—— ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων, Ventorum perflat vis humida spirantium.

𐍅𐌹𐌽-

Digitized by Google

VINGA BIGITIÞ: Pascua inveniet; *νομὴν εὑρήσει*. *Joh.* 10:9. *Cædmoni* **pang** *vel* pong *passim est* Campus. *Cimbris dicitur* **ПΛКР**. *At* **venge** *in Danico exegetico exp.* Conseptum. *Hinc* neorxena pong *vel* neorxna pang *Anglosaxonicus dictus est* Paradisus: *quamvis enim de primâ compositæ vocis parte nihil adhuc erti possim statuere, posterior tamen satis manifestè desumpta est ex antecedenti* ong. *Atque adeò, si quis me doceat illud* neorxn *aliquam Gaudii aut Voluptatis cceptionem in se complecti, non verebor affirmare Anglosaxonici* neorxna pong *compositionem significationémq; ad amussim congruere cum Alamannico* uuunnigarto/ *&* *elgico* **lusthof**. *Quúmq; glossator Cottonianus Luc.* 23:43 *scribat* nepcrna pong, *biit aliquando suspicio* nepcr *illud fortassè (per contractionem Anglosaxonibus peramiliarem) factum ex* ne pepcr, Nullius laboris, *ut ipso nomine designetur locus ab omnibus ærumnis laboribúsq; vacuus.* nyllan *certè iis erat* ne pillan. *item* nær *pro* ne pær. nat *pro* ne pat. *&c.*

VINNAN, Pati, tolerare; *Marc.*8:31. *Luc.*9:22. *item* Dolere; **SA ATTA ÞEINS GAH IK VINNANDANS SOKIDEDUM ÞUK**: Pater tuus & ego dolentes quærebamus te; *Luc.* 2:48. *Anglosaxonibus* pinnan *est* Laborare, pugnare. *item* Acquirere, consequi. *Alamannis* **uuinnan** *est* Pugnare, concertare. *Islandis* **vinna** *est* Laborare. *Danis* **vinde**/ Vincere, victoriam reportare. *item* Acquirere, lucrari. *Belgis quoque* **winnen**/ Vincere, superare. *item* Quæstum facere, lucrari. *Vide quæ de origine verbi attigimus in annotatis ad Tatiani* CXCV, 4.

VINTRUS, Hyems, bruma; *Joh.* 10:22. *Anglosax.* pinter. *Alam.* **uuintar**/ **uuinter**. *Cimbr.* **ПIЧΛ**. *Dan.* **vinter**. *Isl.* **vetur**. *Angl.* **winter**. *Belg.* **winter**. *Origo vocabuli putatur esse, inserto N, ab ὕετος, Pluvius, pluviosus: prorsus ut eadem anni tempestas Græcis dicitur χεῖμα vel χειμὼν, à χέειν,* Fundere. **VINTRUNS** *quoque dicebantur* Anni. **QINO BLOÞAKINNANDEI. IB. VINTRUNS**: Mulier sanguinis profluvium passa duodecim annis: *Matth.* 9:20. **BI ÞE VARÞ TVALIB VINTRUS**: Cum factus esset annorum duodecim; *Luc.* 2:42. *Quòd verò Anglosaxones annorum numerum pari modo per hyemes denotaverint, discimus ex Matth.* 2:16. *Marc.* 5: 25 *&* 42. *Luc.* 2:42. 3:23. 8:42. *Joh.* 2:20. 5:5. 8:57. *Ven. Beda in ipso statim initio libri Secundi hist. eccles. gentis Anglorum*, ðyrrum tidum þ ir fif pinter and rix hund pintra ærter ðære dryhtenlican menniscnyrre: His temporibus, id est, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo quinto. LL *Inæ R.* 7; tynpintre cniht mæg beon ðeorðe gepita. Puer decem annorum debet scire ne furtum faciat. *Hinc iisdem Anglosaxonibus* gepintrad *est* Grandis ætate; *apud Orosium libro Sexto, cap.* 31. gepintrod beon, Ad justam ætatem excrescere;

ſcere; ʟʟ *Inæ R.* 38. unᵹepintpeðe piꝼman, Immatura virgo; ʟʟ *polit. Alvredi R.* 25. ꝼiꝼ pintpa ꝼæc, Olympias; *gl R.* 16. *Receptiſſimâ etiam conſuetudine annos per hyemes computabant Cimbri veteres; fortaſſè quòd eos præcipuè juvaret meminiſſe quot jam hyemis moleſtias & frigoris acerbitates (quæ longè maximam anni partem apud eos perdurant) ſuperâſſent. vide Wormii Faſtos Danicos. quemadmodum & Lactantium in Statii Thebaïd.* IV, 653. *Hollandis* **enter** *vel* **enter rind** *dicitur* Hornus, *i. e. hujus ipſius anni bos, anniculus. tanquam* **enter** *contractum ſit ex* **een-winter**. *Veteris denique linguæ Friſicæ tenaciores etiamnum dicunt* **inter/ twenter** *vel* **twinter/ trinter rier/** *pro* **een-winter/ twee-winter/ dry-winter rind**. *In honorem certè Infernalium temporis ſpatia non per dies & annos, cæterarum Gentium ritu, ſed per noctes & hyemes boreales populos numerâſſe author eſt nobiliſſimus Spelmannus in* Herthus. *at vetuſtiores Romani per Æſtates intelligebant Annos. vide Servium in ultimum verſum Primi Æneïdos.*

ϒINΨЄIΨ. *Occurrit in* ƌISϒINΨЄIΨ, Comminuet. *quod vide.*

ϒINΨISKΛNKЯ, Ventilabrum; *Luc.* 3:17. *Videtur vox compoſita ex illo* ϒINΨЯN, *quod fuit in* ƌISϒINΨЄIΨ, *&* SKΛNKЯN, Mundare. *atque adeò ex hujus vocabuli compoſitione perſpicuum eſt* SKΛNKЯN *veteribus acceptum pro* Purgare, quacunque ratione mundare. *Hodie verò ſtrictiùs accipitur verbum pro* Fricare, defricare, fricando mundare. *nam id Danis eſt* **ſkure**. *Anglis* **ſcoure**. *Belgis* **ſchuren/ ſchuyren**. *Gallis* eſcurer. *Italis* ſgurare, ſcurare. *quæ fortaſſè deſumpta ſunt ex σκωρία*, Scoria, *i. fæces ſive retrimentum metalli: ut* SKΛNKЯN *primitùs nihil aliud denotaverit, quàm Sordes hujus illiúſve metalli aſſiduè fricando detergere. Angloſaxonibus interim* Paleæ *dicuntur* pinnunᵹe, *& incorruptiùs* pinðunᵹe *vel* pinðpunᵹe. Ventilabrum, pinðpiᵹ ſyꝼe. pinðpiſcoꝼul. pinðpeꝼonn. pinðꝼone. pinðſpinᵹla. *Iiſdem quoque Angloſaxonibus* pinðpian, *Anglis* **winnow/** *eſt* Vannare, eventilare, *i. Aceres & frumenti retrimenta ad ventulum vanno excutere. Nemo certè neſcit primas in hoc opere ruſtico eſſe partes venti: unde & in principio harum vocum manifeſtum habes veſtigium vocis* pinð, Ventus. *Ac Gothis fortè non tantùm* ϒINƌS, *ſed &* ϒINΨS *dictus eſt* Ventus. *Alamannis quoque* **wint ſcûula** *eſt* Ventilabrum. *Vide etymologicum Anglicum in* **Winnow**.

ϒIΠGΛ ΨΛNKNЄINΛ ΛTΛΛΓIƌЄƌNN ΛNΛ ÏNΛ: Coronam ſpineam imponebant ei; *Marc.* 15:17. *Joh.* 19:2. ϒΛIΠ ΨΛNKNЄINΛN ЪΛIKΛNƌS: Coronam ſpineam portans; *Joh.* 19:5. *Vide ſupra in* ϒΛIΠ.

ϒIS, Tranquillitas. ϒΛKΨ ϒIS MIKIΛ: Facta eſt tranquillitas magna; *Matth.* 8:26. *Marc.* 4:39. *Luc.* 8:24. *Subdubitavi aliquando an non (præfixo* Vau)

Digitized by Google

Vau) *videri possit abscissum ex* ἥσυχος, Sedatus, placidus, quietus, tranquillus.

VISAN, Esse, existere. ΘANA MIK QIΨANDA MANS VISAN: Quem me dicunt homines esse; *Marc.* 8:27 & 29. ΓOΨ IST UNSIS HEK VISAN: Bonum est nos hîc esse; *Marc.* 9:5. SADDUKAIEIS QIΨANDA USSTASS NI VISAN: Sadducæi dicunt resurrectionem non esse; *Marc.* 12:18. ΨU MANNA VISANDS TAUGIS ΨUK SILBAN DU ΓOΨA: Tu, homo cùm sis, facis te ipsum Deum; *Joh.* 10:33. VISANDS IN BALVEINIM: Cùm esset in tormentis; *Luc.* 16:23. ΨAI IN FRAEINAI VISANDANS: Qui in delitiis sunt, *i. qui delicatè ac molliter vivunt;* οἱ ἐν τρυφῇ ὑπάρχοντες. *Luc.* 7:25. VISAM VAILA: Epulemur. εὐφρανθῶμεν. *Luc.* 15:23. *& mox commate sequenti*, DUGUNNUN VAILAVISAN: Cœperunt epulari; ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι. *commate denique* 29, EI MIΨ FRIGONDAM MEINAIM BIVESGAN: Ut cum amicis meis epularer. *Ita Græcis* εὐωχία *est* Convivium. εὐωχοῦμαι, Convivor, epulor. παρὰ τὸ εὖ ἔχειν. *Plautus Menæchm. Actu* III, *Scena* Potin ut quiescas. *&c.* Minore nusquam benè fui dispendio. *Anglosaxonibus* pesan *est* Esse. *Alamannis* uuesan. *Cimbris* AÞ UIRA. *Danis* vere. *Islandis* ad vera. *Belgis* wesen. *Græcis* ἐσάζ.

VISAN, Manere; *Luc.* 19:5. *Joh.* 6:27, 56. 7:9. 8:35. 14:17, 25. 15:6, 7, 9, 10, 11, 16. INNH ΨAMMA ΓAKDA VISAIΨ: In illâ domo manete; *Luc.* 10:7. NI ΓAVAS IN ΓAKDA: Non manebat in domo; *Luc.* 8:27. FRAVAURHTS IZVARA ΨAIRHVISIΨ: Peccatum vestrum manet; *Joh.* 10:41.

VISSUHΨAN US FRUMISTOA IAISUS: Sciebat autem ab initio Jesus; *Joh.* 6:64. 16:19. 18:2. *Videtur autem* VISSUHTAN *ex* VISSA UHTAN *contractum*. VISSA, Sciebat; *Matth.* 27:18. *Joh.* 6:6. NI VISSA ΘA ROΔIDEDAI: Non sciebat quid diceret; *Marc.* 9:6. IK VISSA: Ego sciebam; *Joh.* 11:42. IΨ VISSEDEIS: Si cognovisses; *Luc.* 19:42. NI VILDA EI ΘAS VISSEDAI: Non volebat ut quis sciret; *Marc.* 9:30. NIU VISSEDUΨ: Nesciebatis? *Luc.* 2:49. VISSEDUN, Sciebant; *Luc.* 2:43. 4:41. ANDHOFUN EI NI VISSEDEINA: Responderunt quod nescirent; *Luc.* 20:7. *Refer hæc ad* VITAN, Scire.

VISTRIS ΨIZA NI SIND: Ovilis hujus non sunt; οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. *Joh.* 10:16. *Vocabulum hoc Gothicum, nisi me valdè fallit conjectura, singularem habet affinitatem cum Anglosaxonico* pirt, *& Alamannico* uuist / *quod utrisque* Epulas cibúmq; *denotat. Huc etiam facit quòd Suecici agricolæ Terram vulgari sermone vocant* Guds wisthuus. *Uberiorem enim agrorum proventum divinitùs affluentem*

Digitized by Google

tem agnoscentes, utuntur hoc vetere adagio, **J Gods wisthuus är myckin maat /** In Dei cellâ penuariâ est multum cibi. *Vide quæ de voce* uuist *habent notæ nostræ ad gl Lipsii, in* uuirscapandis / Epulantis. *Ac fortassè quoque eidem* uuist *affine erit illud* ΛΛNSUIΨKΛNS, Jejuni; *Marci* 8:3. *si (quod nunc demum in mentem venit)* ΛΛNSYISTKΛNS *legendum putemus pro* ΛΛNSUIΨKΛNS. *Cæterùm hoc maturiore ac minùs deproperato indiget examine.*

YIT, Nos, *de duobus*; *Joh.* 17:11, 22. *Anglosax.* pyt. *Isl.* vid.

YITΛN, Scire; *Marc.* 7:24. ÏK YΛIT ΘΛKGΛNS ΓΛYΛ-ΛIꝺΛ: Scio quos elegerim; *Joh.* 13:18. NI YΛIT: Nescio; *Joh.* 9:12. YΛIT ΛTTΛ ÏZYΛK: Scit pater vester; *Matth.* 6:32. YITNM, Scimus; *Marc.* 12:14. NI YITNM: Nescimus; *Marc.* 11:33. NN-YITI, Stultitia, inscitia; *Marc.* 7:22. *Anglosax.* pitan *est* Scire. *Alam.* uuizan / uuizzan. *Cimbr.* ΝΙΔΛ. *Dan.* vide. *Belg.* **weten**. *Angl. quoque* **witte** *olim fuisse in usu pro* Scire, *liquet ex* **to witt** / Scilicet, videlicet. **wittingly** / Sciens. **had I wist** / Si scivissem. **I wot not** / Nescio: *nam hæc ab antiquo hujus verbi usu etiamnum reservârunt Angli. Hæc interim omnia valdè sunt affinia Græco* εἰδέναι, Scire. *nam Æölicum digamma (quod aliis* Vau *nuncupatur) præponi vocabulis à vocali vel diphthongo inchoantibus, toties monitum est ut non indigeat repetitione.*

YITΛN, Videre. YITΛNꝺS ÏΛISNS ΨϨS MITϨNINS ÏZΘ: Videns Jesus cogitationes eorum; *Matth.* 9:4. ΨN YITΘIS: Tu videris; *Matth.* 27:4. *Hæc verbi acceptio profluxit ex antecedente: quoniam ea quæ percipimus intellectu, videmur nobis coràm quasi intueri.*

YITΛN, Observare, custodire, tueri, munire. hΛIT NN YITΛN ΨΛMMΛ hΛΛIYΛ: Jube custodiri sepulchrum; *Matth.* 27:64 & 65. YΛITIꝺΘꝺΛNN ÏMMΛ GΛN hΛIΛIꝺΘΛI ÏN SΛBBΛTϨ ꝺΛ-ΓΛ: Observabant eum si sabbatho curaret; *Marc.* 3:2. *Luc.* 6:7. YITΛN-ꝺΛNS ÏΛISNΛ: Custodientes Jesum; *Matth.* 27:54. YITΛNꝺΛNS YΛhTYϨM NΛhTS NFΛK hΛIKꝺΛI SΘINΛI: Custodientes vigilias noctis super gregem suum; *Luc.* 2:8. NI UIMIΨ ΨINꝺΛNΓΛK-ꝺΛI ΓϨΨS MIΨ ΛTYITΛINΛI: Non venit regnum Dei cum observatione; *Luc.* 17:20. ΛΛΛΛÏM ΛNΓϨNΛ YΘSNN FΛIKYΘIT-GΛNꝺϨNΛ ꝺN ÏMMΛ: Omnium oculi erant intendentes in eum; *Luc.* 4:20. *Tertia hæc significatio verbi* YITΛN *promanavit ex secundâ; propterea quòd non opus habeant oculos aliorsum deflectere, qui rem sibi commissam sedulò custodire satagunt. unde & Græcis* ἐπίσκοποι *dicti* Dominici gregis custodes. λιάπτει,

Retia

Digitized by Google

Retia servantes. ἀμπελουργοί, Vinearum custodes. *Latinis quoque* Æditui *vel* Ædituentes *dicebantur Sacrarum ædium custodes. &c. Similia vide supra in* VAKAGAN, Custodire.

VITAN, Observare, revereri. VITAIDA IMMA: Observabat eum; *Marc.* 6:20. SABBATE DAGA NI VITAIÞ: Sabbathum non custodit; *Joh.* 9:16. *Anglosaxonibus quoque non ignota fuit hæc verbi acceptio: Rushworthianus glossator Matth.* 21:37; hio orpitun runu min. Reverebuntur filium meum; ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου. *Fortassè quoque huic acceptioni occasionem dedit prisca eorum loquendi formula, qui* are pitan *dicebant pro* Honorem exhibere. *Beda lib.* II, *cap.* 20; ne polde he ænige are pitan on ðære Cristenan æfestnisse. Nec religioni Christianæ aliquid impendebat honoris. *Similem loquendi modum habent Canuti regis* LL *eccles.* § 2.

VITÞ, Lex; *Matth.* 7:12. & 11:13. *item Luc.* 16:16. VITODA-LAISAREIS, Legis doctores; *Luc.* 5:17. VITODAFASTEIS, Legis periti; *Luc.* 7:30. VITODAFASTEIS, Legisperitus; *Luc.* 10:25. *Alamannis* uuitut *vel* uuizzod *est* Lex. *à* uizzan, Scire. *vel, quòd oporteat eam scire; vel, quòd feratur à peritis & variarum rerum scientiâ imbutis hominibus. unde quoque Anglosaxonum reges in ipso legum suarum ingressu plerumque profitentur leges istas à se latas* mid pitena geðeahte, Cum sapientum consilio.

VIÞAN, Conjungere, colligare, copulare. *Vide quæ de hoc verbo habet Appendix addendorum ad paginam* 129, *in* GAVAÞ, Conjunxit.

VIÞONDANS HAUBIDA SEINA: Moventes capita sua; *Marc.* 15:29. *Affine huic videtur quod* cpyran *Anglosaxonibus est* Quassare. ic tocpyre, Quasso; *gr Ælfrici* 28. forcpyrde hearda manigra, Conquassabit capita multorum; *Ps.* CIX, 7.

VIÞRA *sæpenumero significat* ὑπάντησιν, Occursum; *tam in compositione, quàm extra eam.* VIÞRAIÐDJA INA: Occurrit ei; ὑπήντησεν αὐτῷ. *Joh.* 11:20. URRUNNUN VIÞRAGAMÓTJAN IMMA: Processerunt obviam illi; ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ. *Joh.* 12:13. ALLA SO BAURGS USIDDJA VIÞRA IESU: Tota civitas exiit obviam Jesu; πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ. *Matth.* 8:34. *Joh.* 12:13. *Atque adeò desumptæ sunt istiusmodi loquendi formulæ ab illo* VIÞRA *quod significat* Adversùm, contra. SAEI NIST VIÞRA IZVIS. FAUR IZVIS IST: Qui non est adversùm vos, pro vobis est; ὃς οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστι. *Marc.* 9:40. *Luc.* 9:50. *Matth.* 10:35. *Luc.* 14:31. *unde quoque* VIÞRAVAIRÞ *est* Contra; ἀντιπέραν. *Luc.* 8:26.

Digitized by Google

8:26. 𐌹̈𐌽 𐌷𐌰𐌹𐌼 𐌸𐍉 𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐍉𐌽 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃: In castellum quod contra vos est; εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν. *Marc.* 11:2. *Luc.* 19:30. *Anglosaxonicum* ƿiðer, *Alamannicum* uuidar / *Belgicum* weder *idem significant, atque eundem in multiplici compositione habent usum.* 𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰, Circa; περί. 𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰 𐍅𐌹𐌲𐍃: Circa viam; περὶ τὴν ὁδόν. *Marc.* 4:15. 𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰, Ad; πρός. *Matth.* 27:14. 𐌰𐌽𐌳𐌷𐍉𐍆 𐌹̈𐌰𐌹𐍃𐌿𐍃 𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰 𐌹̈𐌽𐌰: Respondit Jesus ad illum; ἀπεκρίθη Ἰησοῦς πρὸς αὐτόν. *Luc.* 4:4. 6:3. 𐍃𐍅𐍉𐍂 𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰 𐌰𐌱𐍂𐌰𐌷𐌰𐌼𐌰: Juravit ad Abraham; ὤμοσε πρὸς Ἀβραάμ. *Luc.* 1:73. 𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰 𐌷𐌰𐍂𐌳𐌿𐌷𐌰𐌹𐍂𐍄𐌴𐌹𐌽 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂𐌰 𐌲𐌰𐌼𐌴𐌻𐌹𐌳𐌰 𐌹̈𐌶𐍅𐌹𐍃 𐌸𐍉 𐌰𐌽𐌰𐌱𐌿𐍃𐌽: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud; πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην. *Marc.* 10:5.

𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰𐌽𐍃 *occurrit in* 𐌻𐌰𐌿𐍃𐍅𐌹𐌸𐍂𐌰𐌽𐍃, Jejuni; *Marc.* 8:3. *Qualemcunque nostram de hac voce conjecturam vide in* 𐌻𐌰𐌿𐍃 *&* 𐍅𐌹𐍃𐍄𐍂𐌹𐍃.

𐍅𐌻𐌰𐌹𐍄𐌰𐌽, Circumspicere. 𐍅𐌻𐌰𐌹𐍄𐍉𐌳𐌰 𐍃𐌰𐌹𐍈𐌰𐌽 𐌸𐍉 𐌸𐌰𐍄𐌰 𐍄𐌰𐌿𐌾𐌰𐌽𐌳𐌴𐌹𐌽: Circumspiciebat videre eam quæ hoc fecerat; *Marc.* 5:32. *Anglosaxonibus nimirum* ƿlitan *est* Videre, intueri. *Cædmon paginâ* 15, *lin.* 15. *paginâ item* 40, *lin.* 6 *&* 21. *Ælfrici grammatica cap.* 25; ic ymbƿlatige, Contemplor. *ac rursus cap.* 28; ymbƿlatung, Aspectus. *Genuinam denique prisci verbi acceptionem magis etiam firmat, quòd sicuti Anglosaxonibus* ansyn *dicitur* Vultus, facies, *à* seon, Videre: *ita iisdem quoque* Facies *nuncupatur* andƿlita *vel* andƿlite *ab hoc antiquo verbo* ƿlitan. *Vide annotata ad gl Lipsii in* anliton / Vultus. *sicuti & notas ad Tatiani* xxxv, 2.

𐍅𐌻𐌰𐌹𐍄𐍃, Facies; ὄψις. *Job.* 11:44. 𐌳𐌿𐌲𐌿𐌽𐌽𐌿𐌽 𐍃𐌿𐌼𐌰𐌹 𐍃𐍀𐌴𐌹𐍅𐌰𐌽 𐌰𐌽𐌰 𐍅𐌻𐌰𐌹𐍄 𐌹̈𐍃: Cœperunt quidam inspuere in faciem ejus; *Marc.* 14:65. *Huc etiam pertinet illud* 𐌰𐌽𐌳𐌰𐍅𐌻𐌴𐌹𐌶, Facies, *quod occurrit Lucæ* 17:16. *Anglosaxonibus quoque* andƿlita, *& Alamannis* anlitc *est* Facies. *Refer ad illud* 𐍅𐌻𐌰𐌹𐍄𐌰𐌽 *quod præcessit.*

𐍅𐍉𐌳𐍃, Dæmoniacus; *Marc.* 5:18. *Anglosaxonibus* ƿod *non modò dicitur* Dæmoniacus, *ut videre est Job.* 8:48 *&* 49. *item* 10:21. *verùm etiam* Amens, atrâ bile percitus. ƿoda, Amens; *Scintill.* xxiv. ƿod, Rabidus vel insanus; ƿodnyss, Rabies. se þe for slepe aƿed; Freneticus; *gl R*, 78. ƿodðraga, Furor; *Pastoral.* xxvi, 2. ƿodeþistle, Elleborum vel veratrum; *gl R*, 43. ƿodfreca ƿereƿulf, Diabolus; LL *eccles. Canuti R*, 26. ic ƿede, Furo; *gr Ælfr.* 33. *Francis etiam vox nota est*; uuotnissa / Dementia; *gl C*, 6. uuotagin / crimmin / Tyrannide; *App. glossarii C.* uuûdrich / Truculentus, atrox, funestus; *gl D*, 32. uuatage / Furiosi; *gl B*, 21. uuatanter / Pestilens; *gl A*, 10. *Anglis* wood *est* In-

Digitized by Google

Insanus, furiosus. *Belgis* woedt / verwoedt. *Islandis* ódur. *Affinia possunt videri Græco* ὠθεῖν, Vulnerare, pugnis calcibúsq; concidere. *vel etiam isti* οἰδαίνειν, *quod exponunt* Intumescere irâ, *ut solent atrâ bile perciti. Huic interim* 𐍅𐍉𐌳𐍃 *admodum est affine nomen ejus Idoli quod antiquæ Sueonum genti* Wodan *dicebatur, & à quo diem hebdomadæ quartum (quem Romani tribuebant Mercurio) plerique Septentrionalium inscripsere Marti; quemadmodum diem Jovis referunt ad Jovem altitonantem*, Thor *dictum; diem verò Veneris ad Numen amores connubiáq; gubernans, quod* Fricco *nuncupabant. Pretium operæ facturus videor si ea, quæ dixi, firmem verbis Adami Bremensis, apud quem Historiæ ecclesiasticæ cap.* 233 *sequentia hæc leguntur:* Nobilissimum Sueonum gens templum habet, quod Ubsola dicitur; non longè positum à Sictoniâ civitate. In hoc templo, quod totum ex auro paratum est, statuas trium Deorum veneratur populus, ita ut potentissimus eorum Thor in medio solium habeat triclinio. Hinc & inde locum possident Wodan & Fricco, quorum significationes ejusmodi sunt. Thor, inquiunt, præsidet in aëre, qui tonitrus & fulmina, ventos imbrésq;, serena & fruges gubernat. Alter Wodan, id est Furor, bella regit, hominíq; ministrat virtutem contra inimicos. Tertius est Fricco, pacem voluptatémq; largiens mortalibus: cujus etiam simulacrum fingunt ingenti priapo. Wodanum verò sculpunt armatum, sicuti nostri Martem solent. Thor autem cum sceptro Jovem simulare videtur. *Hæc Bremensis. quem tamen locum ex Vossiano ejusdem Historiæ fragmento* MS° *non nihil restitui in iis quæ ad rem facere videbantur. Idem interim Adamus capite proximè sequenti etiam hæc subjicit;* Si pestis & fames imminet, Thor idolo immolant; si bellum, Wodani; si nuptiæ celebrandæ sunt, Fricconi.

𐍅𐍉𐌽𐌳. *Vide* 𐍅𐌿𐌽𐌳, Vulnus *vel* Ulcus.

𐍅𐍉𐍀𐌾𐌰𐌽, Clamare. 𐌰𐍄𐍅𐍉𐍀𐌾𐌰𐌽, Ad se advocare. 𐍃𐍄𐌹𐌱𐌽𐌰 𐍅𐍉𐍀𐌾𐌰𐌽𐌳𐌹𐌽𐍃 𐌹̈𐌽 𐌰𐌿𐌸𐌹𐌳𐌰𐌹: Vox clamantis in deserto; *Marc.* 1:3. *Luc.* 3:4. 𐌹̈𐌰𐌹𐍃𐌿𐍃 𐌷𐌰𐌹𐌷𐌰𐌹𐍄 𐌰𐍄𐍅𐍉𐍀𐌾𐌰𐌽 𐌹̈𐌽𐌰. 𐌾𐌰𐌷 𐍅𐍉𐍀𐌹𐌳𐌴𐌳𐌿𐌽 𐌸𐌰𐌽𐌰 𐌱𐌰𐌹𐌽𐌳𐌰𐌽. 𐌵𐌹𐌸𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌳𐌿 𐌹̈𐌼𐌼𐌰. 𐌸𐍂𐌰𐍆𐍃𐍄𐌴𐌹 𐌸𐌿𐌺. 𐌿𐍂𐍂𐌴𐌹𐍃. 𐍅𐍉𐍀𐌴𐌹𐌸 𐌸𐌿𐌺: Jesus præcepit illum advocari, & vocaverunt cœcum, dicentes ad eum; Confide, surge, vocat te. *Marc.* 10:49. 𐌷𐌰𐌽𐌰 𐍅𐍉𐍀𐌹𐌳𐌰: Gallus cantavit; *Marc.* 14:68. 𐌾𐌿𐍃 𐍅𐍉𐍀𐌴𐌹𐌳 𐌼𐌹𐌺 𐌻𐌰𐌹𐍃𐌰𐍂𐌴𐌹𐍃 𐌾𐌰𐌷 𐍆𐌰𐌽: Vos vocatis me Magister & Domine; *Joh.* 13:13. 𐍅𐍉𐍀𐌾𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐍃 𐌳𐌿 𐍃𐌹𐍃 𐌳𐌰𐌲𐌰𐌼 𐌾𐌰𐌷 𐌽𐌰𐌷𐍄𐌰𐌼: Clamantes ad se die ac nocte; *Luc.* 18:7. *Anglosaxonibus* pepan. peopan. poepan *est* Flere, plorare. *Alamannis* wuofen. *Anglis* weep: *de quo vide etymologicum nostrum Anglicum. Iisdem quoque Anglis* to whoop *vel* hoop *est* Longiùs distantes elatâ voce ciere atque ad se advocare. *Præcipuè tamen Ve-*

Digitized by Google

natores dicuntur hoop and hallow / *cùm subjecta vallium ac resultantes saltus truci clamore complent, ad canes excitandos, feras è latibulis excutiendas, socios denique venationis commonefaciendos.*

WRAIQO WAIRÞIÞ DU RAIHTAMMA: Prava erunt in directa; τὰ σκολιὰ ἔσαι εἰς εὐθεῖαν. *Luc.* 3:5. *Anglis* wrie *vel* awrie *est* Tortus, incurvatus, obliquus. *Ad cujus vocabuli originem pertinet quod pro Anglosaxonico* ƿrinȝan, Torquere, inflectere, *Dani contractè dicunt* vrie. *unde postea Angli mutuati sunt suum* wrie / awrie. *atque adeò quoque ex hoc Anglico* wrie *conjectare licet Gothicum* WRAIQS *similem aliquam contractionem passum.*

WRAKJA, Persecutio. *Pertinet ad* WRIKAN, Persequi.

WRATODEDUN JERA ƕAMMEH IN IAIRUSALEM: Ibant quotannis in Jerusalem; ἐπορεύοντο κατ᾽ ἔτος εἰς Ἱερουσαλήμ. *Luc.* 2:41. *Anglosaxonibus* ƿræcniȝan. ƿræcsiðiȝan *est* Peregrinari. ƿræclice, Peregre. ꝼorƿrecen, *item* ƿrecce. ƿræcca, Advena, peregrinus, exul. *de quibus nonnihil etiam mox dicemus in* WRIKAN, Persequi.

WRIKAN, Persequi. JABAI MIK WREKUN. JAH IZWIS WRIKAND: Si me persecuti sunt, & vos persequentur; *Joh.* 15:20. BI ÞE QIMIÞ AGLO AIÞÞAU WRAKJAI IN ÞIS WAURDIS: Ortâ tribulatione & persecutione propter verbum; *Marc.* 4:17. MIÞ WRAKOM: Cum persecutionibus; *Marc.* 10:30. *Ab hac priscâ verbi* WRIKAN *acceptione non multum videtur abire Anglosaxonicum* ƿreccan, Torquere, *quod occurrit in duobus codicibus interlineatis Marc.* 5:7. *ubi glossator Cottonianus habet* ðu mec ne ƿuræcce. *at Rushwortbianus*, ne me ne ƿrecce, Ne me torqueas. *Ac fortassè quoque ab hac antiquissimâ verbi* WRIKAN *acceptione* Exul *Anglosaxonibus dictus est* ƿræcca *vel* ƿrecca. Exilium, ƿræcsið *vel* ƿrecsið. Locus exilii, ƿræcstop. Exulare, ƿracan. *&c. nam persecutoribus hoc maximè propositum, ut sibi præter cæteros invisos communi patriâ pellant foràsq; projiciant, atque extorres omnium rerum indigentiâ torqueant.*

WRIKAN, Execrari, diris devovere. ÞIUÞJAIÞ ÞANS WRIKANDANS IZWIS: Benedicite iis qui vobis diras imprecantur; εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. *Matth.* 5:44. *Ad hanc verbi* WRIKAN *acceptionem refer Anglosaxonicum* ƿroht, Abominatio, execratio. *Belgicum item* wraken/wraecken/ Rejicere, repudiare, *atque alia plura, de quibus vide Anglicum etymologicum in* Wrack.

WRIKAN, Vindictam sumere. *nam ita quoque verbum olim acceptum fuisse, manifestum fit ex* GAWRIKAN, *quod vide suo loco.*

WRIS.

Digitized by Google

WRISQANDA *occurrit in illo* GAWRISQANDA, Referunt fructum; *quod vide in Appendice addendorum.*

WROHJAN, Accusare. EI BIGETEINA ƕA DU WROHJAN ÏNA: Ut invenirent unde accusarent eum; *Luc.* 6:7. WROHIDEDJAU ÏZWIS BI ATTIN: Accusabo vos apud Patrem; *Joh.* 5:45. MIÞ ÞANEI WROHIÞS WAS: Cùm accusaretur; *Matth.* 27:12. ÏST SAEI WROHIDA ÏZWIS MOSES: Est qui accusat vos Moses; *Joh.* 5:45. WROHIDEDUN ÏNA: Accusabant eum; *Marc.* 15:3. EI WROHIDEDEINA ÏNA: Ut accusarent eum; *Marc.* 3:2. ƕO WROHE BAIRIÞ ANA ÞANA MANNAN: Quam accusationem affertis adversùs hunc hominem? *Joh.* 18:29. *Anglosaxonibus* wregan. wreian *est* Accusare. gewroeged beon, Accusari. wreging. wroht, Accusatio. wregere, Accusator. *Ab hac interim antiquâ significatione verbi* wregan, *Anglis* **to bewray himself** *est* Turbatæ vellicantisq; conscientiæ stimulis prodere seipsum. *Ac fortassè hinc etiam desumptum est Anglicum* **rogue** / Scurra, nebulo. *vide Anglicum etymologicum. Belgis* **wroeging des gewetens** *est* Vellicatio *vel* Stimulus conscientiæ semet ipsam accusantis condemnantisq;. *Ipsum verò* wregan *suspicor factum ex* werigean. wergian. wirigan. wyrgan, Malignari, maledicere. *unde &* Diaboli, *sævissimi accusatores generis humani, dicuntur* werige gastas *Cædmoni* 3, 4. *quomodo &* weria feond, Hostis malignus *idem ille Diabolus nuncupatur apud Bedam* III, 19. *Considera interim an non aliquam cum his affinitatem habeat illud* ῥώκομαι, *quod Laconibus, Hesychio authore, usurpatur pro* ὀργίζομαι, λυποῦμαι, Irascor, dolore torqueor.

WRITA AINANA WITODIS: Apicem unum legis; κεραίαν μίαν τοῦ νόμου. *Luc.* 16:17. *Affine huic est Anglosaxonicum* writan, Scribere; *quod Cimbri* AÞ RITA, *Angli* **to write** *dicunt.*

WULFS, Lupus. SA WULFS FRAWILWIÞ ÞO: Lupus dispergit eas; *Joh.* 10:12. ÏNNAÞRO SIND WULFOS WILWANDANS: Intrinsecus sunt lupi rapaces; *Matth.* 7:15. *Anglosax.* wulf. *Alam.* **wolf**. *Cimbr.* ᚢᛚᚠ. *Dan.* **ulff**. *Isl.* **ulffur**. *Angl. & Belg.* **wolf**. *Quidam per metathesin factum putant ex* φωλεύω, In lustris latebrisq; delitesco. *Rectiùs tamen referas ad Æölicum* ὕλκος *pro* λύκος. *nam & Sclavini inde retinuerunt suum* wlk. *Postea verò ab hoc* ὕλκος, *mutato* κ *in* π, *fuit* ὕλπος, *atque inde* ulf *&* wulf. *Latini similiter mutaverunt* κ *in* π, *cùm* Lupus *fecerunt ex* λύκος. Spolio *ex* σκυλάω. Sepes *à* σηκός. *nam* σηκὸν *vett Græci dicebant qualemcunque* περίβολον. *Anglosaxonibus* werewulf *est* Diabolus. biscopas ⁊ mæssepreostas sceolan godcunde heor-

heorda weardian and werian mid wislican laran. þæt se wodfreca werewulf to swiðe ne slite. ne to fela ne abite of godcundre heorde:· Episcopi & sacerdotes gregem Domini sapienti doctrinâ debent custodire & defendere, ne Diabolica vesania vulneret eum vel occidat; LL *eccles. regis Canuti*, § 26. *Iisdem quoque Anglosaxonibus* wulfes heofod *olim dicebatur* Utlagatus, *i. e. ab omni legis patronicio exclusus; quiq;, si repertus fuerit & retineri possit, vivus* Regi *traditur; vel caput ejus, si se defenderit. Lupinum enim gerit caput, quod Anglicè* wulfes heofod *dicitur. Ita* LL *Edovardi Confessoris*, § 7. *quas adi. Vide quoque Henr. Knihton de Eventibus Angliæ, col.* 2356. *Cimbris* ᚢᛚᛉᚼᛅᛘ, Lupi cauda, *designat Hominem perditè improbum & à quo nihil exspectandum quod non sit pravum atque exitiabile. Runicum lexicon.*

